

DOCTRINAE CHRISTIANAE
PARS THEORETICA
E SACRIS LITERIS
REPETITA.

AUDITORIBUS SUIS
SCRIPSIT
D. GOTTLOB CHRISTIANUS STORR.

Editio altera e manuſcripto b. Dni. Auctoris emendata.

STUTTGARDIAE,
SUMTU JOH. BENED. METZLERI.
A. MDCCCVII.

Ex quo meæ in hac Academia partes eſſe cœperunt, ut *dogmaticam* theologiam publicis lectionibus enarrarem; *noſtri coetus rationi* ac diſciplinæ *conſentaneam formam* doctrinæ, &, *ſeorſum a vocibus ſententiarumque definitionibus eccleſiaſticis, ab ipſis* unice *ſacris literis petitam*, chriſtianæ θεωρίας ſummam *alternis* lectionum ſeriebus exponere conſuevi. Cum enim cœtus noſtri doctoribus futuris, ſi publicam doctrinam in populari inſtitutione bona fide & ſcienter velint tenere, indubitata neceſſitas impoſita ſit, conſtitutam doctrinæ formulam ejusque ita conſtituendæ occaſiones & cauſſas diligenter cognoſcendi, de qua neceſſitate b. *Morus*, theologicorum ſtudiorum peritus ſane & humanus judex, in Præfatione Epitomes Theologiæ chriſtianæ (p. XIV. ſs. ed. 2) plura perſecutus eſt; tum vero, chriſtianæ doctrinæ capita ſeorſum ab introducta conſuetudine eccleſiaſtica tractare ex unisque ſacris literis haurire, ad ſuam cujusque perſuaſionem de veritate chriſtiana firmandam, ad rerum ipſarum momenta æſti-

manda, ad argumentorum delectum & copiam adjuvandam, omninoque ad religionem christianam vel populariter tradendam, vel ad nostrum tempus apte defendendam, vehementer expedit. Quando enim arx protestantium & publicae doctrinae fundamentum est (§. 107. b), ut nulla nisi literarum sacrarum auctoritate ducamur; nemo coetus nostri doctor certam sequetur persuasionem in tenenda coetus sui doctrina, nemo ejus capita primaria, quae in ipsis sacris literis perspicue traduntur, a ceteris, quae postmodum temporis caussa accesserunt, nec promiscue omnibus tradenda, vel etiam inculcanda sunt, accurate secernet, nemo doctrinam publicam contra adversarios intelligenter defendet, praeter, qui sacrae scripturae doctrinam ex ipso fonte imbibit. Jam arbitraria quidem, ut ajunt, & libera methodus est, sed difficilior tamen illa, quae sacrarum literarum notiones, sententias ac voces dogmaticas *per ecclesiasticarum occasionem* exponere solet, tametsi non voces tantum, sed ipsae etiam notiones & sententiarum definitiones ecclesiasticae *partim* novae & a ratione sacrorum librorum remotiores sunt, nec, systemati cum sacra scriptura communibus, *quibusque* verbis ac modis loquendi ea-

dem exacte notio utrinque respondet. Quae discrepantia identidem observata facile eas etiam systematis recepti partes, ad quas nihil omnino pertinet, aut quarum certe summam non attingit, incautis in suspicionem adducit, & publicae doctrinae contemtricibus vocibus, quibus hodie omnia resonant, aures tanto magis patefacit, quanto frequentius indocti aut illiberales adversarii permiscent omnia, quumque contra doctrinae cujusdam christianae accessionem aliquam aut contra certam doctrinae exprimendae rationem, saepe nec propositam quidem publice aut ipsi coetui nostro probatam, declamarunt, illico ex ipsa doctrina triumphant, quae, omnibus istis resecatis aut in medio relictis, salva tamen manet atque integra. Expeditior est altera via, qua vel singulis christianae doctrinae capitibus, ex ipsa scriptura traditis, *seorsum* forma docendi ecclesiastica *subjicitur*, quam rationem b. *Morus* nuperrime secutus est, vel ad utramque rem suum cuique proprium tempus seponitur, *alioqui* studiorum cursu, qualem fere, ut hujus etiam generis exemplum adjungam, S. V. *Griesbachius* designavit, christiana doctrina e solis libris sacris repetitur, *alio* nostri coetus formula separatim tractatur

& cum sacrae scripturae enunciatis comparatur. Hac ratione facilius cavetur doctrinae publicae praecipuis partibus, quas, ubi semel *separatim* tractavimus, a ceteris, quae in altero duntaxat cursu accesserunt, etiam tum, cum posterioris generis sententia aut modus aliquis loquendi in controversiam & dubium vocatur, non difficile fuerit sejungere, ut dubitatio ad primarias doctrinas & scripturae ipsius auctoritatem non continuo redundet. Hac eadem ratione cum sacrorum scriptorum modo sentiendi ac loquendi familiaritas ea contrahitur, quae caveat, ne ad receptam rationem nimis adhaerescamus, certamque methodum veluti ratam sequamur, sed ut publicae doctrinae potiora capita, quae ex sacris literis ipsi cognovimus & nostro more cogitare didicimus, aliis, quam qui vulgo recepti & in ipsos etiam populares libros invecti sunt, modis exprimere eaque, ut varius hominum captus est, & auditores universe taedium capit rerum earumdem sine varietate repetitarum, multipliciter exponere, aliisque temporibus ex alia parte tractare, cum aliis doctrinis nectere, aliis argumentis confirmare, in alios usus convertere possimus.

Quoties igitur *meram* ſacræ ſcripturæ doctrinam tradere inſtitui, ſecutus ſum dictata quædam, ſed ad levandam Auditoribus ſcribendi moleſtiam contracta admodum & brevia. Nunc, ad ſcriptionem dogmaticam foras dandam impulſus, retractavi totam, multisque locis mutavi, pluribus auxi, ut libellus, qui nullo Auditorum incommodo dictatis, unde natus eſt, haud paullo longior eſſe poterat, academicis lectionibus meis accommodatior fieret ſummamque dicendorum enucleatius exprimeret. Rerum, quas ſcriptio tractat, & argumentorum, quibus utitur, illuſtrationem atque defenſionem *praeſenti* ſermoni reſervaſſem omnino, ſi *literarum* ſermo, unde initium dicendi poſthac ſumendum erit, intra auditorii parietes cohiberi poſſet. Nunc lectoribus ceteris, ad quorum forte manus perveniet libellus, ſubinde rationem reddendam eſſe duxi, cur hoc potius modo, quam alio, & ſecus nonnunquam, ac dudum vel recens introducta, & tyrannice apud multos regnans conſuetudo decernit, ſtatuere & interpretari audeam. Sed, principalis conſilii memor, quod vetat ſcriptum, academicis uſibus deſtinatum, immoderatius excurrere, libros alios, unde peti poſſent, quæ dicenda

videbantur, quoties ſuccurrebant, indicare ſatis habui, eos autem ſacræ ſcripturæ locos, quos cum univerſo, unde ſumti eſſent, libro jam priore aliqua ſcriptione explanaſſem, licet ſenſum, quem teneo, non omnibus probari ſcirem, plerumque tamen absque nova aliqua annotatione uſurpavi. Ea denique loca, quorum divina auctoritas vel iis lectoribus, qui ceterum divinæ auctoritatis non ſint in univerſum impatientes, ſed ex animo eam ſacris literis magna ſaltem ex parte tribuant, variis de cauſſis in dubium venire poſſit (§. 15. a). e), ab reliquis argumentis, in quæ nulla talis dubitatio cadit, idcirco ſeparavi, ut priorum argumentorum admiſtio alteris & ipſi, quæ confirmatur, doctrinæ tanto minus obeſſet, ſed dubitantes admonerentur, quantum quæque dubitatio poſſit. Veluti §. 91. primo ſtatim adſpectu patet, mortis Chriſti palmarium conſilium ex libris ὁμολογουμένοις finiri, non ex expiſtolæ ad Hebræos αὐθεντίᾳ & auctoritate divina pendere, quæ, etſi indubia mihi videtur, tamen a multis in controverſiam vocatur. Cum doctrinæ chriſtianæ, niſi firmo aſſenſu comprobetur, in emendando & tranquillando animo nulla efficacitas eſſe poſſit, magnumque inprimis de-

trimentum importet doctorum religionis fluctuatio, quae, nedum jactantibus dubitationem, sed etiam invitis iis atque inscientibus, se prodit, ac bonis sensibus exitiosum frigus in auditores transfundit: quantum in me esset, videndum putavi, ne futuri doctores consuescant dubia sua promiscue omnia accumulare, tanquam si valeant singula universe contra doctrinam christianam, neve non perpendant, quorsum quaeque dubitatio pertineat, quid ab ea, quamvis nondum expulsa, tamen integrum atque intactum maneat.

Neque vero in materiae dogmaticae partibus segregandis huc sum prolapsus, ut eos sermones, qui ad Jesum & apostolos sine controversia debent referri, expurgandos, in iisque doctrinam ipsam a *vanis*, cum quibus permista esse dicitur, vulgi opinionibus, sive notiones ac propositiones veras a falsis distinguendas mihi sumerem. Haec certe audacia, cujus temeritatem alias ostendere sum conatus (§. 13. b), non cohibet fluctuationem certisve terminis circumscribit, sed immensae illius & immoderatae libidinis dubitandi, quae plures opinione, qua doctorum, qua auditorum animos, uti tabes, oc-

cupavit, atque, dum optime sibi valere videntur, exest languidosque ad pietatem christianam & inertes reddit, fecundissima mater est. Cum enim res ipsa loquatur, Jesum & apostolos commenta opinionum, quae admiscuisse perhibentur, a doctrinis certioribus nullo claro indicio distinxisse; horum profecto magistrorum auctoritas apud omnes, qui divinis illorum praeceptis aequalium vanas opiniones inclusas atque intermixtas statuunt, sibique ipsi consentiunt, *nihil* universe *valebit*, sed, quoties hac auctoritate non ad disserendum, sed ad commovendos, erigendos atque confirmandos suos ipsorum, qui disputent secum aut trepident, animos uti debebunt aut volent, languescent & frangentur dubitatione, an hae nominatim doctrinae, quibus uti ac confidere oporteat, earum numero habendae sint, quas Jesus & apostoli vel contra animi sententiam vel sine certa veritatis conscientia tradiderint. Judicium de *momento* doctrinarum, ut universe ambiguum & pro sua cujusque sentiendi ratione varium est (cf. b. *Doederlein* Theol. Journal T. I. p. 300. f. ill. *Eichhornii* Allg. Bibl. der bibl. Litterat. Tit III. p. 926. 931), ita tum maxime, cum doctrinis utendum est, nullam ad eas internoscendas, verae sint anne

falsæ, vim affert, sed ipsum potius, quod in refrenanda cupiditate vel in consolando habent, pondus etiam auget dubitationem efficitque, ut, nisi victus manifesta veritate, tam gravibus doctrinis assentiri vel non cupias vel non audeas.

Si *philosophiae* munus esse videtur (cf. l. c. T. IV. p. 330. ss.), præcepta Christi & apostolorum vera ab admistis æqualium vanis opinionibus dijudicare & distinguere; legatorum divinorum auctoritas hoc ipso imminuitur omninoque *tollitur*, quando ne tum quidem, cum probantur eorum pronunciata, idcirco approbantur, quod auctoritas iis & fides adjungatur, sed quod philosophia nescio quæ decreverit, hoc quidem loco vere illos pronunciasse. Et, quod maximum est, in hac caussa ne habet quidem philosophia justam auctoritatem. *Criticus* certe philosophus, qui dubitat extra fines, humanæ imbecillitati constitutos, egredi, de iis nominatim doctrinis, in quibus quæritur, verusne an falsus & æqualium vanæ opinioni accommodatus sit grammaticus enunciatorum Christi & apostolorum sensus, nullum sibi judicium arrogat, sed, cum nulla nostra vel experientia vel perspicua necessitas

practica (*necessitas*, inquam, non: *utilitas*) in alterutram sententiam aut sumtionem decernat, in universum nihil, neque confirmando, neque *negando*, constituere se posse, ultro fatetur (cf. Annott. quasdam theol. ad philos. *Kantii* de relig. doctrinam §. I — V.). Quae autem philosophia vera nec limitum suorum nescia *improbare* simpliciter & rejicere non potest, quia certum nescit & opinari non vult, ea *etiam approbare* tum licebit, quum confirmantur ab iis, quos nova ceterisque hominibus non patente via didicisse & extra cancellos, quibus humana imbecillitas circumscripta est, non opinione sua & inani arrogantia, sed *re vera* egressos fuisse constat. Plurimum sane interest, utrum dogmaticae cujusdam philosophiae auctoritatem sequamur, & dicta philosophi dogmatici hac solum de caussa amplexemur, quia αυτος εφα, an vero Christi auctoritate ducamur ejusque dicta assensu propterea comprobemus, quia idem praeivit, qui αυτος εφα, & mortui revixerunt, morborum omnia genera evanuerunt, procellis agitatum mare & natura rerum dicto audiens fuit. Si Deus est isque verus est, si ab hoc verace Deo doctrinae Jesu & apostolorum origo divina & consensio cum veritate miraculis confirmata est, quae

omnia ita esse confido (§. 17. f. 26. 36. c). §. 6 — 11); hoc igitur probato, dicta Jesu & apostolorum *per se ipsa* auctoritatem atque fidem habent. Atque hoc iis, quae sumta sunt, consequens esse, nuper etiam cl. *Fichte* (Versuch einer Critik aller Offenbarung p. 107. ed. 1. p. 170. ed. 2.) consensit (cf. Annott. cit. §. VII. ss.). Omnis controversia inter hominum doctorum sententias de propriis christianae doctrinae capitibus hodie in illo praesertim est, utrum Jesu & apostolorum doctrina auctoritatem divinam *re ipsa* habeat, an ei *nomen tantum* auctoritatis divinae κατ' οικονομιαν possit concedi. Quapropter etiam caput de sacrarum literarum auctoritate uberius & fusius, quam tales libelli solent, tractavi.

Forma docendi *ecclesiastica* consulto abstinui, quod ejus comparatio cum doctrinis sacrae scripturae, quam Auditores mei in aliud spatium reservare solent, aliena esset ab eo studiorum cursu, cui libellum hunc adhibere constitui. Si quis vero lector materiam libri ad notiones & voces ecclesiasticas referre voluerit, adjuvare in eo poterit, huic ipsi consilio accommodatus, *index prior*.

De reliquo liceat eos, quibus hæc ſcriptio proprie deſtinata eſt, non meis, ſed omni doctrina politiſſimi *Melanchthonis* verbis hortari, ut cogitent, qua in ſtatione a Deo collocati ſint & ſciant, ſe eccleſiæ Dei ſeminaria (cf. §. 102. f.) eſſe. Nam ex hoc numero Filius Dei, regnans ad dextram æterni Patris, ſumit evangelii miniſtros, quos præparari vult (Eph. IV. 12) in ſcholis. Hos eſſe cuſtodes librorum propheticorum & apoſtolicorum & verorum dogmatum eccleſiæ voluit (cf. §. 107. b). Quare diligentiam & fidem in re omnium maxima Deo, eccleſiæ & poſteritati præſtemus, veritatem inquiramus, amemus, tueamur, & ad poſteros incorruptam transmittamus.

Dedi Tubingæ nonis Martiis A. 1793.

ORDO RERUM TRACTANDARUM.

LIBER PRIMUS.

de sacrarum literarum auctoritate §. 1—16.

LIBER SECUNDUS

de Deo.

Caput I. de notione Dei ejusque veritate §. 17—30.

II. de creatione & providentia § 31—41.

III. de Deo Patre, Filio & Spiritu Sancto §. 42—46.

LIBER TERTIUS

De mentibus creatis.

Caput I. de angelis §. 47—52.

II. de hominibus.

Sect. I. de humani generis initiis ac depravatione, & nexa inde miseria §. 53—58.

II. de consilio Dei miseris hominibus salutari §. 59—74.

LIBER QUARTUS

de Jesu Christo servatore generis humani.

Pars I. de Servatoris persona & varia conditione §. 75—83.

II. de Servatoris munere.

Caput I. de negotio, quod Servator his in terris peregit §. 84—93.

Caput II. de negotio, quo Servator, jam Dominus, fungitur.

Sect. I. de negotio Servatoris, jam Domini, universo §. 94—98.

II. de cura, quam Servator, jam Dominus, nominatim confert in ecclesiam §. 99—116.

LIBER QUINTUS

de animi vitæque immutatione per doctrinam divinam, ejusque ad salutis adeptionem ratione §. 117—123.

LIBER

LIBER PRIMUS
DE
SACRARUM LITERARUM AUCTORITATE.

§. 1.

Christianos Neronis & proximo tempore non modo per Judaeam, originem ejus religionis, sed latius diffusos *a*), certisque libris sacris *b*), iisque partim propriis christianorum & diversis ab antiquioribus Judaeorum literis *c*), usos fuisse, ipso externorum auctorum testimonio *d*) constat.

a) v. *Tacitum* L. XV. Annal. c. 44. & *Suetonium* in Nerone c. 16. cf. *Plinii* L. X. Ep. 97. & *Haversaati* Vertheidigung der Plinischen Briefe über die Christen gegen die Einwendungen des Herrn D. Semlers.

b) v. *Lucianum* de morte Peregrini c. 11. & *Michaelis* Einl. in die götti. Schriften des N. B. p. 40. ed. 3.

c) *Celsus* in scriptis contra christianos editis non Mosen tantum & prophetas exagitavit, quos ceterum haud ignoravit a Gnostica christianorum parte rejici (v. *Origenem* L. VII. c. Cels. §. 2. T. II. Opp. ed. Wirceb. p. 274.), sed Judaeum quoque induxit

A contra

contra christianos ex *propriis eorum* libris pugnantem (l. c. L. II. §. 74. T. I. p. 298). Scripta, quae significat, de *vita Jesu* exposuisse, narrationes, ab *Origene* L. I. §. 28. p. 70. & deinceps e *Celso* excerptae, ostendunt, & *ea* proprie *ipsa quatuor evangelia, quibus nos utimur*, etiam in veterum, quos *Celsus* impugnavit, christianorum libris sacris habita fuisse, ex argumentis intelligitur, modo ad Matthaeum, qui saepe respicitur (vide o. c. L. I. §. 40. p. 94), modo ad Marcum (cf. L. VI. §. 34. 36. 37. T. II. p. 182. 188. cum Marc. VI. 3. & add. Diss. I. in LL. N. T. historicorum aliquot loca not. 96), tum ad Lucam (cf. L. II. *Origenis* §. 32. T. I. p. p. 226. cum Luc. III. 23. 38) aut Joannem (cf. *Origenem* l. c. §. 31. p. 226. L. IV. §. 5. p. 452. cum Joh. I. 1. 14), interdum ad uniuscujusque & universorum narrationes, inter se comparatas (cf. *Origenem* L. V. §. 52. T. II. p. 98. cum Matth. XXVIII. 5. Marc. XVI. 5. & Luc. XXIV. 4. Jo. XX. 12), pertinentibus. Neque tamen sola evangelia, sed *alia quoque* christianorum συγγράμματα *Celso* cognita fuerunt. Quod enim l. c. L. II. §. 49. 51. 53. T. I. p. 252. 256. 262. Jesu tribuit dictum de Satana, id ex *Apocalypsi* (XIII. 2. 13. ss.) sumsisse, eoque nomine (cf. L. 1. XXII. 16.) *Jesu* adscripsisse videri poterat, nisi potius, ut alias, quae in discipulorum scriptionibus (cf. *Origenem* l. c. §. 13. p. 192) reperit, continuo Jesu ipsi assignavit (l. c. L. I. §. 41. 48. p. 96. 112), ita hic quoque *Paullinum* locum (2 Thess. II. 9), ubi (v. 4. 10—13. 15) ea etiam inveniuntur, quae alibi (L. VI. §. 42. T. II. p. 196) superioribus addi videmus a *Celso*, spectasse putandus

dus est. Similiter *Porphyrius*, christianos aggressurus, præter sacros Judæorum libros (v. *Eusebium* L. VI. H. E. c. 19), nominatim Danielem (v. Procem. *Hieronymi* in Dan. & in L. XI. Comm. in Ef. Opp. ed. Francof. & Lipf. T. V. p. 481. f. 121), quorum versione græca, inter christianos recepta (cf. über den Zwek der evl. Gesch. und der Briefe Joh. p. 103. f.), usus fuit (v. *Hieronymum* l. c. p. 482), *propria* maxime *christianorum* συγγραμματα impugnanda sumsit. Quantum intelligi potest e pauculis librorum ejus locis, in quorum mentionem *Hieronymus* casu incidit, evangeliorum certe (cf. Quæst. in Genes. T. III. p. 132. cum Matth. XIV. 25. f. vel Marc. VI. 48. f. vel Joh. VI. 19), nominatim *Matthaei* (v. L. I. Comm. in Matth. ad IX. 9. T. IX. p. 23. cf. quoque Comm. in Ps. LXXVII. 1. 2. qui est inter opera *Hieronymi* editus, T. VIII. p. 88), *Marci* (cf. *Hieronymi* L. I. Comm. in Matth. ad c. III. 3. T. IX. p. 14. cum Marc. I. 2. f.) & *Joannis* (cf. L. II. adv. Pelag. T. II. p. 194. cum Jo. VII. 8. 10), *Actuum* quoque apostolicorum (cf. Comm. in Joël. II. 28. ss. T. VI. p. 52. 53. cum Act. II. 16. ss.) & *epistolae ad Galatas* (cf. L. XIV. Comm. in Es. ad LIII. 12. Procem. in ep. ad Gal. T. V. p. 166. T. IX. p. 123. cum Gal. II. 11. ss.) notitiam habuit. *Celso* & *Porphyrio*, de quibus conferri etiam velimus *Chrysostomum* apud b. *Michaelis* (l. c.), extremo addimus *Amelium*, cui *Johannis evangelium* cognitum fuisse, ex *Eusebio* (L. XI. Præp. evl. c. 18. 19.) discimus.

d) Neque id mirum debet videri, cum *Tertullianus* in Apologetic. adv. gentes c. 31. dicere audeat:

„*inspice* Dei voces, *litteras nostras*, (e quibus mox *dictum Christi*, & c. 32. *Paullinum* profert,) *quas neque ipsi supprimimus*, *&* *plerique casus ad extraneos transferunt*."

§. 2.

Si christianos audimus *a*), quatuor evangelia, apostolorum Acta, Paulli tredecim epistolas, Petri denique & Joannis primam, non *Eusebii* tantum & antiquior *Origenis* aetas, sed & *superiorum* temporum traditio *b*) summo omnium, qui literatissimis viris innotuerunt, consensu *c*) pro discipulorum Jesu, quibus tribui solent, *genuinis d*) scriptis habuit. Nec dubitandi caussa est, cum vel paucis veterum, quos *Origenes* volvit, librorum reliquiis *e*) ipsius & *Eusebii* testimonium de fide, quam scripta nominata apud priscos auctores habuerint, confirmari videamus, neque in his scriptis insint, quae vel in aetatem, qua perhibentur edita fuisse, vel in auctorum, quibus assignantur, personam minus conveniant *f*), & ii denique ipsi, quibus librorum sacrorum auctoritas negotium exhibuit, primum quidem ab authentia impugnanda omnino abhorruerint, contraque vel *interpretando g*) molestiam declinare, vel *capita* librorum, quae displicerent,

rent, mutare aut removere, libros igitur ipsos *non suppositos*, verum corruptos perhibere *h*), vel scriptoris, a quo librum molestum concederent esse profectum, *auctoritate* repudianda *i*) caussæ suæ mederi consueverint, deinde vero, cum αὐθεντίαν negare inciperent, non veterum testimonia vel desiderare vel historicis argumentis convellere ausi fuerint, sed dogmaticas & ex ipso, quem fastidirent, libro arreptas, easdemque frivolas, caussas attulisse satis habuerint. *k*)

a) Vide *Eusebium* (L. III. H. E. c. 25. p. 97. ed. Mogunt.) & *Origenem* in Matthæum & Joannem (apud *Eusebium* L. VI. c. 25. p. 226. f.) *Numerus* quidem ὁμολογουμένων Paulli scriptorum neque ab *Eusebio* (l. c. p. 97. cf. Neue Apol. der Off. Joh. §. 4. not. 15), neque ab *Origene* (apud *Eusebium* p. 226) definitur. Sed alio *Eusebii* testimonio (L. III. c. 3. cf. L. VI. c. 20) discimus, *solam excipi ad Hebraeos epistolam*, quam & alibi (L. VI. c. 13) inter τὰς ἀντιλεγομένας γραφὰς retulit, & *Origenes* quoque (apud *Eusebium* L. VI. c. 25. p. 227.) ab apostolicis ὁμολογουμένοις scriptis sejunxit. Ceteræ vero epistolæ, cum discesseris a brevissima (ad Philemonem), quæ, licet hac ipsa de caussa rarius usurpari potuerit, diserte tamen Homil. 19. in Jerem. §. 2. (T. IX. p. 682. ss.) *Paullo* tribuitur, infinitis locis ab *Origene* qui ἀντιλεγόμενα scripta dubitanter appellare amat (v. Apol. der Offenb. §. 6. not. 2. & über den

Zwek

Zwek der evl. Geſch. Joh. p. 106. ſs.), ſimpliciter & ſine omni dubitationis ſignificatione *Paullo* apoſtolo aſſeruntur. Quod ne temere dici videatur, duntaxat e libris contra *Celſum* de ſingulis duodecim prioribus epiſtolis uno ſaltem teſtimonio probabimus, *Paullo* quamque totidem verbis aſſignari. Vide igitur de *epiſtola ad Romanos* & *priore ad Corinthios* L. III. §. 46—48. T. I. p. 386. ſs de *altera ad Corinthios* & *ad Galatas* epiſtola L. I. §. 48. 47. L. II. §. 1. p. 110. 112. 106. 164. de epiſtolis *ad Epheſios*, *Philippenſes* & *Coloſſenſes* L. VI. §. 54. L. IV. §. 49. 18. Præf. §. 5. T. II. p. 224. T. I. p. 540. 474. 18. de *utraque ad Theſſalonicenſes* epiſtola L. V. §. 17. L. VI. §. 45. ſ. T. II. p. 34. 208. de *epiſtolis ad Timotheum* & *Titum* L. I. §. 63. L. IV. §. 70. L. III. §. 48. T. I. p. 144. 576 390. Similiter & *Acta* apoſtolorum, quorum *Origenes* certe in locis commentariorum in Matth. & Joannem, ab *Euſebio* (L. VI. c. 25.) allatis, nullam mentionem fecit, cum alibi de evangeliis tantum (l. c. p. 226), non (cf. L. II. contra Celſ. §. 63. p. 278) de Actis, alibi (v. *Euſebium* l. c. p. 226. ſ.) de ſcriptis *Paulli*, *Petri* & *Joannis* nominatim agere inſtituiſſet, L. VI. contra Celſ. §. 11. T. II. p. 142. *Lucae* diſertim attribuuntur, cf. quoque locum ipſo, quod laudavimus, capite 25. L. VI. ſed ex Homiliis in ep. ad Hebr. ab *Euſebio* excerptum (p. 227. extr.)

b) Eam tum *Euſebius* (L. III. c. 25. p. 97) tum *Origenes* apud eumdem L. VI. c. 25. p. 226. diſerte teſtatur. Et L. III. c. 24. p. 96. *Euſebius* profitetur, evangelium & primam epiſtolam Joannis, quae

c. 25.

c. 25. in ὁμολογουμένων numero referuntur, παρὰ τοῖς νῦν καὶ ΤΟΙΣ ΕΤ᾽ ΑΡΧΑΙΟΙΣ sine omni dubitatione agnita fuisse. cf. Apol. der Offenb. §. 4. not. 7.

c) Prima Joannis epistola cum aliis libris in numerum ὁμολογουμένων ab *Eusebio* (L. III. c. 25.) adscripta fuit, quod & ipsius ætate & jam a veteribus ΑΝΑΜΦΙΛΕΚΤΟΣ ὡμολόγηται (c. 24. p. 96.) Ibidem (p. 94.) scripta Joannis ὁμολογούμενα (c. 25. p. 97.) vocantur τοῦδέ τε ἀποστόλου αἱ ΑΝΑΝΤΙΡΡΗΤΟΙ γραφαί. Vide etiam über den Zwek der evl. Gesch. Joh. p. 113. ss.

d) Huc manifesto spectat *Origenes*, qui apud *Eusebium* L. VI. c. 25. primo de *auctoribus* evangeliorum nominatim agit, deinde exponit, quibus vel quid *apostolorum quisque* scripserit, quæ scripta omnium consensu *Petrus* v. c. reliquerit (ὁμολογουμένα καταλέλοιπε), de quibus contra dubitetur, an sint v. c. a *Petro* prodita, quæve non ab omnibus pro ΓΝΗΣΙΟΙΣ Joannis epistolis habeantur. *Eusebio* item L. III. c. 25. p. 97. ὁμολογούμενα scripta sunt, quæ omnium consensu (not. c) pro *genuinis* habebantur (v. Apol. der Off. §. 4. not. 9). Quapropter disjunguntur *notha*, sive (l. c. not. 16) ἀντιλεγόμενα, h. e. (v. über den Zwek Joh. p. 113) non ab omnibus in *genuinis* (γνησίοις) numerata, itaque *nonnullorum judicio* notha. *Notha* vero apud *Eusebium* l. c. non ea scripta esse, quæ *omnium consensu* haberentur quæve *essent* absque dubio notha, sed (v. Obss. gr. p. 14. n. 2) quæ pro nothis *putarentur*, nimirum a parte, cui vero contradicerent alii, tum ex eo intelligitur, quod *Eusebius* hæreticorum figmenta, τῆς ἀληθοῦς ὀρθοδοξίας ἀπᾴδοντα, sive quod

c. 31.

c. 31. p. 103. legimus, την αποςολικης ορθοδοξιας αλλοτρια, quamvis *utique* (παντελως) *notha fuerint* (l. c. p. 103), recufat tamen c. 25. p. 98. in *nothorum* numerum referre, quia nimirum ab omnibus ecclefiafticis fcriptoribus contemnebantur (p. 97. f.), ut eorum νοθειᾳ ne verfaretur quidem in quæftione, tum hoc quoque argumento patet, quod ifta duo: αντιλεγομενον & νοθον, permutantur. Velut Jacobi epiftola, quæ c. 5. inter αντιλεγομενα refertur, L. II. c. 23. p. 66. νοθευεσθαι dicitur, h. e. notha non effe, fed *haberi* fc. a nonnullis; modo enim fcripferat *Eufebius*, primam catholicarum epiftolarum (ab aliis) *Jacobi effe* dici. Viciffim Actus Pauli, Hermæ Paftor & Barnabæ epiftola, quæ fcripta L. III. c. 25. inter *notha* numerantur, alibi non αναμφιλεκτα, five, quod idem dicit (not. c), non ομολογεμενα, h. e. fcripta, α προς τινων αντιλελεκται (c. 3. p. 73.), five αντιλεγομενα (L. VI. c. 13. p. 214) appellantur. Neque obftat evangelii Hebræorum in νοθοις feu αντιλεγομενοις enumeratio (L. III. c. 25. p. 97), cum ab Ebionitis, vel, ut *Eufebii* formula utamur, τοις εβραιοις τοις τον Χριςον παραδεξαμενοις, pro *genuino* apoftolico fcripto, ab aliis (cf. über den Zwek Joh. p. 359. f.) vero in *nothis* habitum fuerit. Quin ipfis etiam ομολογεμενοις, ad quam vocem, proximam certe, τετοις illud apud *Eufebium* referre nulli dubitamus (cf. *Michaelis* l. c. p. 893), etiamfi *Mafchio* (l. c. p. 894) concedamus, evangelium Hebræorum in *nothorum* & αντιλεγομενων loco numerari, idem fcriptum hactenus certe a quibusdam accenferi potuit, quoad ομολογεμενε, five *evangelii Matthaei* textum authenticum habuit (v. über den Zwek Joh. §. 61).

Quam-

Quamquam verisimillimum est, *Eusebium* hoc certe loco nihil ejusmodi observaturum fuisse, nisi laudem Apocalypseos, quam ὁμολογουμένοις annumerari modo dixerat, iniqua (cf. Apol. der Offenb. p. 34 + 36) comparatione cum evangelio Hebræorum, quod pariter a nonnullis ὁμολογουμένων numero habeatur, imminuere voluisset. Cetera tenendum est, loco *Eusebii* creberrime allato *non* ὁμολογούμενα *universe*, in quorum numero v. c. etiam prima *Clementis* epistola haberi potuisset (v. Proleg. in ep. ad Hebr. p. XXXIX), sed *ea propria* ὁμολογούμενα recenseri, quæ simul essent ἐνδιάθηκαι ΤΗΣ ΚΑΙΝΗΣ ΔΙΑΘΗΚΗΣ γραφαὶ (v. Apol. der Off. §. 4. not. 11. 14). Nos autem hoc loco non quærimus, quid veteres de certorum librorum *auctoritate divina* (v. l. c. not. 10) statuerint, sed hoc unum agimus, ut planum fiat, libros supra appellatos utique *genuinos* fuisse. Et sane ὁμολογούμενα *novi testamenti* sunt ΟΜΟΛΟΓΟΥΜΕΝΑ, sive auctorum, quibus tribuuntur, *haud dubie genuina* scripta, eamque ipsam ob caussam, quod communi consensu pro *genuinis horum* auctorum (seu *discipulorum Jesu, quibus adscribuntur*,) libris haberentur, etiam publice recepta fuerunt, atque ut fontes historiæ & doctrinæ christianæ usurpari consueverunt. cf. Relat. Tubing. 1790. p. 797.

e) Eæ partim sunt integri libri, ante *Origenem* scripti, partim loci veterum librorum, conservati ab aliis auctoribus, præsertim *Eusebio*, qui tamen in legendis antiquioribus scriptis, quod ipse profitetur (L. III. c. 3. p. 72), historicas quidem narrationes de *singulis* partibus scripturæ sacræ non neglexit, sed libro-

librorum sacrorum loca, quae a veteribus prolata vidit, tum demum studiosius notavit, quum ex *antilegomenis* sumta fuissent. Paucorum vero, quae integra supersunt, priscae vetustatis monumentorum pars cum ethnicis vel Judaeis disputant, qui scriptis N. T. haud assueverant, quaedam non complent nisi paucas paginas. Unde nemo mirabitur, si ὁμολογουμένων αὐθεντίαν veterrimorum scriptorum oppido paucorum testimoniis confirmari videat, maxime cum a libris vetustis, quos ipsi adire possumus, non consulamus nisi eos, quorum αὐθεντία explorata nobis est, horumque ipsorum eos tantum locos testemur, qui non modo scriptorum ὁμολογουμένων aliquo utantur, quamvis sacri libri *antiquitatem* hac via satis probaturi essemus, sed de ipso etiam *auctore* mentionem expressam habeant. Qui veterum virorum cetera quoque loca desiderat, ei *Lessius* (über die Religion P. I. p. 503. ss.) adeundus est. *Polycarpus* igitur (ep ad Phil. §. III. XI.) epistolam *ad Philippenses & priorem ad Corinthios* Paullo tribuit, *Papias* (apud *Eusebium* in extremo libro III) *Marcum*, qui Petrum secutus fuerit, ac *Matthaeum* commentarios dictorum & factorum Domini confecisse scribit (cf. *Flattii* Magazin für christliche Dogmatik und Moral P. VII. p. 242. ss). An Joannis & Petri primae epistolae, cujus vtriusque locis dicitur usus fuisse, hos nominatim apostolos inscripserit, dubitari potest, eum apud eumdem *Eusebium* (L. IV. c. 14) *Polycarpus* etiam legatur e priore Petri epistola aliquot locos protulisse, quos ex ipsis *Polycarpi* literis (§. I. II. VIII), *nulla auctoris mentione facta*, usurpatos fuisse discimus. *Marci* evangelium ad *Petrum*, cujus audi-

auditor Marcus fuit, referendum, *Lucae* vero evangelium ab *apostoli*, quem Paullum esse aliunde novimus, *assectatore* profectum esse, etiam *Justinus* M. significat (v. über den Zwek Joh. p. 366. f. 369—371). Ceterum *Justini* απομνημονευματα των αποστολων, ad quae Vir priscus domi adsueverat (l. c. p. 371, f.), praeter Lucae, etiam *Matthaei* evangelium ejusque priscam vetustatem pro certa sumunt (l. c. p. 375 364), quemadmodum universe *apocrypha* evangelia de nostrorum antiquitate non detrahunt, sed ejusdem potius testimonium dant, cum in omnibus, quorum ratio aliquantulum cognita est, notitiae & usurpationis nostrorum evangeliorum expressa vestigia deprehendamus (l. c. p. 378. f.) Cur vero *Justinum* libris sacris, in patria (l. c. p. 365) assuetis, fere solis uti videamus, tametsi haud dubie per itinerum occasionem de apostolicis quoque compluribus epistolis cognoverit, mirari desinemus, si cogitemus, e veteris Viri scriptis ea tantum reliqua nobis esse, quae cum *exterae religionis* hominibus disputent, contra quos etiam ceteri Apologetae, in his idem *Tertullianus*, qui alias N. T. homologumenis creberrime utitur, N. T. scripta, exceptis fere historicis libris, unde rerum christianarnm historia petenda erat, admodum raro usurpant. Si liber *Justini* de monarchia Dei, in quo non ethnicorum modo, sed *christianorum* quoque libros (τας παρ' ημιν γραφας, ut *Eusebius* L. IV. c. 18. p. 140. ait,) adhibitos fuisse scimus, integer nobis superesset, vel scriptum contra *Marcionem* (v. *Eusebium* l. c. p. 141), qui ne poterat quidem sine *Paulli* mentione impugnari (v. über den Zwek Joh. §. 55), ad nos pervenisset;

venisset; plures sine dubio libros N. T. a *Justino* M. usurpatos fuisse constaret. *Irenaeus* certe in libris, contra gnosticas *christianorum* sectas editis, ὁμολογουμένων *omnium*, praeterquam epistolae ad Philemonem, cujus sententia & brevitas non facile dedit locum allegandi, complurima capita protulit, auctorumque nomina frequenter appellavit. Ne videamur nimii in praedicando consensu auctoris, necessitudine cum ecclesiis, quarum sacris nuper Joannes praefuerat & aequales temporum apostoli etiam nunc intererant, commendati (cf. über den Zwek Joh. p. 247 — 249. 89 — 94. Neue Apol. der Offenb. p. 136 — 164. *Flattii* Magaz. für Dogm. und Moral P. VI. p. 124 ss.), pronunciato superiori quaedam certe exempla subjiciemus. Vide igitur e. c. de *Matthaeo* L. III. c. 9. §. 1. 2. de *Marco* c. 10. §. 6. de *Lucae evangelio* c. 10. §. 1. c. 14. §. 3. de *Joannis evangelio* c. 11. §. 1. (cf. Repert. für bibl. u. morgenl. Litterat. P. XIV. p. 136. ss.) de *cunctis* evangeliis L. III. c. 1. §. 1. c. 11. §. 8. (cf. über den Zwek Joh. p. 265. 247 — 249), de *Lucae Actis* L. III. c. 14. §. 1. c. 15. §. 1. de *Paulli* epistola *ad Romanos* & *utraque ad Corinthios* c. 13. §. 1. c. 16. §. 3. 9. c. 18. §. 2. 3. L. IV. c. 26. §. 4. de epistolis ad *Galatas, Ephesios, Philippenses & Colossenses* L. III. c. 7. §. 2. c. 13. §. 3. c. 16. §. 3. c. 18. §. 3. L. V. c. 13. §. 2 — 4. L. III. c. 14. §. 1. de *utraque ad Thessalonicenses* L. V. c. 6. §. 1. L. III. c. 6. §. 5. c. 7. §. 2. de *epistolis ad Timotheum & Titum* Praef. in L. I. §. 1. & L. III. c. 3. §. 3. c. 14. §. 1. c. 3. §. 4. de *prima Petri & Joannis* L. IV. c. 9. §. 2. L. V. c. 7. §. 2. L. III. c. 16. §. 5. 8.

Theo-

Theophilus Antiochenus L. II. ad Avtolyc. (pone Opp. *Justini* ex ed. Colon. p. 100.) *Joannem evangelii* auctorem prædicavit, idemque *quatuor evangelistarum* in unum opus dicta compegit, si fides *Hieronymo* (ep. ad Algas. quæst. 6. T. III. p. 107. c) habenda est. Præterito *Athenagora*, qui (de resurrect. mortuor. p. 61.) *utramque ad Corinthios apostolo* certe tribuit, *nominatim appellato ab Hermia* in principio διασυρμι των εξω φιλοσοφων, prætermisso (cf. Apol. der Offenb. p. 40.) etiam *Clemente Alexandrino*, qui tamen omnibus, præter epistolam ad Philemonem, homologumenis scriptis frequentissime utitur, *Tertullianum* & *Cajum* superioribus testibus addere liceat. *Ille* igitur *historicos* N. T. libros (v. c. L. IV. adv. Marcion. c. 2. 3. 5. L. V. c. 1. de jejun. c. 10), *epistolas Paulli* easdem, ut *Irenaeus*, (v. c. de pudicit. c. 13—19. Scorpiac. c. 13. de præscr. adv. hær. c. 6. L. V. contra Marcionem), ipsamque insuper *ad Philemonem* epistolam (l. c. c. 21), *Petri* denique & *Joannis* primam (Scorpiac. c. 12. 14. de pudicit. c. 19) iisdem, quibus tribui solent, auctoribus asserit. *Hic* autem sancto apostolo, h. e. Paullo (cf. *Eusebium* L. III. c. 3), *tredecim* epistolas adscripsit apud *Eusebium* L. VI. c. 20.

f) v. *Michaelis* l. c. §. 4. p. 29. §. 10. 11. 12. *Matthaei* & *Marci* evangeliis etiam signa impressa sunt, quæ *ajenti* testimonio esse possint, alterum a *Matthaeo apostolo*, alterum a *Petri discipulo* profectum fuisse. v. über den Zwek Joh. p. 355. & Diss. I. in LL. N. T. historicorum aliquot loca p. 60. f. inprimis not. 98. adde not. 107. *Epistolarum Paulli tredecim* αυθεντια & Actorum apostolicorum fides e con-

consensu epistolarum & Actuum mutuo, eoque perspicue non meditato, sed fortuito, nuper (A. 1790.) a *Guil. Paley* in libro Anglico: *horae Paulinae*, (germanice cum notis edito ab *Henckio* 1797. 8.), confirmata est. Interna αὐθεντίας librorum N. T. argumenta universe tractavit *Kleukerus* (Ausführliche Untersuchung der Gründe für die Aechtheit und Glaubwürdigkeit der schriftl. Urkunden des Christenthums T. I. Lips. 1793.)

g) Velut Gnosticorum certae familiae *scripturas* quidem *confitebantur*, interpretationes vero convertebant, & ea, quae ab apostolis dicta fuerant, allegorizanda existimabant, auctore *Irenaeo* L. III. c. 12. 11. Sed & οἰκονομίας calumnia, qua, si libros ipsos ut falsos & adulterinos rejecissent, nihil opus habuissent, leguntur (l. c. c. 5. c. 12. §. 6.) usae fuisse, cum dicta scripturarum urgeri viderent. *Valentiniani* praesertim *Joannis evangelio* niti consueverant (l. c. c. 11. §. 7. cf. über den Zwek Joh. p. 52). Sed *reliqua etiam evangelia nostra*, nominatim *Lucae* historiam, si non integram, certe collatam ad compendium (v. *Irenaeum* l. c. c. 14. §. 3. 4.), forte interpolatam quoque (cf. *Origenis* L. II. c. Cels. §. 27. T. II. p. 220.), videntur usurpasse, at nova conscriptione, quam *veritatis evangelium* appellabant, auxisse. Neque enim alias *plura*, quam quae catholici esse statuebant, evangelia se habere gloriari potuissent (v. *Irenaeum* l. c. c. 12. §. 9). Imo *Paullina* quoque scripta, unde argumenta Gnostici collegisse dicuntur (l. c. c. 2. §. 1. c. 7. §. 1.), *Valentinus* pariter ac Marcion admisisse videtur. *Uterque* enim (l. c. c. 14. §. 3. 4.) discernitur (c. 15. §. 1.) ab

ab iis (cf. not. i), qui *Paullum non cognoscant.* cf. quoque *Tertullianum*, qui *Valentinum* ait (de praescr. c. 38) *integro* instrumento uti videri, & *pepercisse* scripturis, quarum caedem *Marcion* confecerit. Ceterum *Tertullianus verborum proprietates* a *Valentino* queritur *auferri.*

h) Exemplo est *Marcion*, qui veterrimus auctor *decem* (cf. not. i) *Paulli epistolas* pro certis *Paulli* scriptis habuit, sed interpolatis ac depravatis a protectoribus Judaismi. Unde ea in antiquum statum restituenda sibi sumsit suoque judicio emendatiora, edidit (v. *Semleri* H. E. sel. capp. T. I. p. 17. 43. add. über den Zwek Joh. p. 256—260. Proleg. in ep. ad Hebr. p. LI. Relat. Tubing. 1795. p. 475 ss). *Lucae evangelio* non quidem ut Lucae, sed ut Paulli evangelio (v. über den Zwek Joh. p. 258. s.), eoque pariter sua ipsius opera correcto, usus fuit (l. c. p. 255. ss. cf. infra §. 4. a). Verum ipsa illa opinio testimonium est antiquioris memoriae de *Luca* evangelii auctore, quae ipsa, cum Paullino loco Col. IV. 14. & similibus narrationibus collata, deduxit (über den Zwek Joh. p. 265.) ad cogitationem, evangelii, quod Paullus Gal. II. 2. 5. 7. 14. & alibi *suum* vindicare putabatur (l. c. p. 254. s.), in *Lucae* evangelio quaerendi.

i) *Ebionitae* Paulli epistolas rejecerunt, non quod *Paulli* eas negarent esse, sed quod Paullum ipsum tanquam apostatam legis recusarent (v. *Irenaeum* L. I. c. 26. §. 2). Eamdem ob caussam & Lucae evangelium, quod, quia *Lucam auctorem habuit*, a comite *Paulli* profectum fuerat, imo *ipsi Paullo* tribui consueverat (cf. not. h), repudiarunt haud dubie.

Neque

Neque enim *Irenaeus* L. III. c. 15. §. 1. in hanc sententiam intelligendus est, ut *Paullum apostolum non cognoscentes* reliqua evangelii, quae per solum Lucam in nostram venerint notitiam (cf. c. 14. §. 3), dicantur *recepisse*, jamque cogatur (cf. l. c. §. 4), Lucae ejusdem de Paullo testimonium, in Actis perhibitum, a Paulli adversariis repudiari non debere; sed hoc potius intelligi vult *Irenaeus*, Ebionitas, qui *Lucae renuncient*, plurimis iisque necessariis (cf. l. c. §. 3.) historiae Jesu partibus destitui & non uti eis, itaque *perfecto* (cf. l. c. §. 4.) evangelio carere, quumque, repudiatis Lucae Actis, confirmare non possint, Paullum esse apostolum, electionem Domini contemnere, nitentem Lucae testificatione, quem mendacem esse nequeant ostendere, cum, veritatem nobis ab hoc ipso auctore diligenter annunciatam fuisse, e plurimis & *necessariis* historiae Jesu partibus, quas a Luca solo discamus, omnino intelligatur, quumque insequentis testimonii, de actibus & doctrina apostolorum dicti, fidem Deus eo fecerit, quod de ipsis Jesu rebus magnam & necessariam partem per evangelium scriptoris Actorum memoriae prodere voluerit. Quamquam vero apud *Ebionitas Lucae* evangelium ob auctoris personam nihil omnino auctoritatis habuit: fieri tamen potuit, ut *Marci* & *Joannis* evangelia, quibus, cum *solo* Matthaei evangelio uterentur (v. *Irenaeum* L. I. c. 26. §. 2. L. III. c. 11. §. 7), pariter abstinere consueverunt, *non ea propria de caussa* negligerent, quod scriptoribus auctoritatem vel, quia Petrus & Joannes apud Judaeo-christianos liquido in auctoritate fuerant, Petri discipulo & Joan-

ni adscriptis evangeliis αὐθεντίαν negarent. v. über den Zwek Joh. p. 284. s. *Marcion* contra, apud quem solus Paullus auctoritatem obtinuit, *Matthaei*, *Marci* vel *Petri*, *Joannis* denique libros rejecit, non quod libris αὐθεντίαν, sed quod scriptoribus, tanquam apostolis τῆς περιτομῆς, a Paullo reprehensis, auctoritatem abjudicaret (l. c. p. 255 — 258. 262, s. 265.) Similiter *Acta apostolorum* non quin *Lucae* esse vellet, sed propterea, quod *Paullo* non aeque, ut Lucae evangelium (cf. supra not. h), solerent adscribi, & praeterea non obscure faverent repudiatis a *Marcione* apostolis τῆς περιτομῆς, abjecisse (v. über den Zwek Joh. p. 258. s.) putandus est. Nec denique caussa, cur ipsas etiam *Paulli* ad *Timotheum* & *Titum* epistolas extra numerum esse voluerit, necessario in αὐθεντίας infitiatione sita est (l. c. p. 257).

k) Talis erat *Alogorum* de Joannis evangelio (l. c. §. 24 — 27.); obscurorum quorumdam hominum apud *Origenem* (Opp. Wirceb. T. XII. p. 249) de secunda ad Timotheum epistola, & *Fausti* de evangeliis & Paullinis scriptis disceptatio (v. *Michaelis* l. c. §. 2. cf. über den Zwek Joh. p. 222).

§. 3.

Sed & Apocalypseos αὐθεντίαν priscorum scriptorum summo consensu agnitam fuisse, tum *Origenes*, quamvis acerrimus chiliastarum adversarius *a*), tum iniquus in hac caussa testis, *Eusebius b*), veterum auctorum reliquiis concinentibus *c*), fatentur *d*), & oppugna-

eorum *integritati* obesset, mutatione ad nos pervenisse, ex nostri textus cum exemplis; quotquot protrahi potuerunt, omnibus, patria & ætate diversissimis, itemque patrum *a*) tam allegatis, iisdemque multis & amplis, quam commentariis, versionum denique multiplici genere summa, quam lectionis varietas non tollit, sed ad probandum firmiorem reddit *b*), consensione intelligitur. Neque etiam illa nos sollicitudo tenere debet, ne forte librorum quorumdam versionem tantum græcam habeamus, quæ a textu avthentico multifariam recedere potuerit. Nam de *Marci latino* evangelio recens omnino fabula *c*), & de *epistola ad Hebraeos hebraice* exarata vetustior quidem, sed vana conjectura *d*) est. *Matthaeum* vero *hebraice* scripsisse, negari quidem non potest *e*), sed græcæ etiam versionis nostræ fidem & priscam auctoritatem tum interna argumenta *f*) persuadent, tum maximus & codicum omnium & Patrum versionùmque in nostrum unice textum consensus firmat *g*).

a) *Marcionem* (§. 2. h) effecisse, *non invenisse*, alium textum & forma evangelii, quo usus est, declarat (v. über den Zwek Joh. p. 260. ss.), & ipsa hominis professione patet, dum evangelium, quod

invenit, interpolatum queritur a protectoribus Judaismi ad concorporationem legis & prophetarum (v. *Tertullianum* L. IV. c. Marc. c. 4.), criminique illato non alius, quod ipse detexerit, evangelii discrepantiam praetendit, sed loco epistolae ad Galatas nititur (l. c. c. 3. cf. über den Zwek Joh. p. 255. ss.), quem manifesto perverse intellexit (l. c. p. 254. s. 263), ac in eam proprie sententiam non veritatis studio, sed ex sua re (v. Prol. in ep. ad Hebr. p. XLVIII. ss.) interpretatus est. cf. Diss. de cathol. epp. occas. & consilio not. 124.

b) Docet enim, librorum sacrorum exemplaria, vel a nobis vel a veteribus scriptoribus & interpretibus usurpata, alia ab aliis fontibus manasse, summam igitur textus, de qua omnes conveniunt (cf. *Griesbachii* Proleg. in N. T. gr. ed. 2. p. XXXVIII. s. Vol. I.), plurimis *diversorum* testium auctoritatibus confirmari.

c) v. über den Zwek Joh. p. 253. 280. s. *Michaelis* or. Biblioth. P. XIII. p. 109. ss.

d) v. cit. Prol. in ep. ad Hebr. §. 12. *Heinrichs* Proleg. in ep. Paulli ad Hebr. p. 17.

e) v. über den Zwek Joh. §. 61.

f) Ejusmodi rationibus aliorum quoque librorum, ut evangeliorum Marci & Joannis, integritatem confirmari, l. c. p. 283. 221. monuimus.

g) l. c. §. 67. 68.

§. 5.

Cum igitur ea, quae de Jesu & legatis ejus in evangeliis & Actibus apostolicis relata legi-

mus, auctores habeant (§. 2. 4) vel apostolos ac familiares Jesu, ut Matthæum & Joannem, vel Marcum, apostolis, nominatim Petro, usum *a*), vel Lucam, rerum Paulli partim spectatorem, partim vero auditorem talem, cui liceret apostolum ipsum consulere, eundemque commorationis apostoli in Palæstina comitem, cui per hanc opportunitatem ad ipsas quoque reliquorum apostolorum, & Jesu res diligenter cognoscendas aditus daretur *b*): copia certe sciendi ac dicendi verum historiæ Jesu testibus, quos proferimus, haudquaquam defuit *c*). Eos vero nihil dedita opera commentos fuisse, sed optima fide scripsisse, tum universus narrationum color atque character significat *d*), tum rei narratæ natura ostendit, quæ omnino ejusmodi fuit, ut examinandi tam necessitatem *e*) quam facilitatem *f*) pareret, falsitasque igitur, si qua detegi potuisset, ad reprehendendum apertissima fuisset *g*).

a) v. über den Zwek Joh. §. 56. 59. p. 279. & supra §. 2. f).

b) v. über den Zwek Joh. §. 57.

c) Evangelistas rerum traditarum notitiam habuisse, rationibus, ex ipso librorum *argumento* ductis, confirmavit b. *Toellnerus* in libro: Versuch

eines Beweises der christl. Relig. für jedermann §. 75—79.

d) Indubitata in narrationibus simplicitas est (v. *Mori* Defensionem narrationum N. T. §. XXIV. *Lessium* über die Religion P. II. p. 754. *Staeudlin* Ideen zur Kritik des Systems der christl. Rel. p. 309. 317. f.), auctoresque procul sunt ab omni cupiditate. Si fingere libuisset aut licuisset, mendacio texissent, quæ in deterius trahi posse viderent (cf. e. c. Matth. IX. 34. XII. 24. 38. f. XVI. 1—4. XI 19. fs. XXVI. 37. fs. 69. fs. Marc. VI. 49—52. VIII. 11—21 Joh. VI. 30. fs. VII. 3—12. 48. f. X. 20), cetera auxissent atque amplificassent (v. *Origenem* contra Cels. L. II. §. 24. 48. T. I. p. 216. 248. *Toellnerum* l. c. §. 78—88. *Werenfelsii* Opusc. T. I. p. 90. f. & *Lessium* über die Religion P. I. p. 684. f. P. II. p. 294. f. cf. *Bengelii* Gnom. ad Matth. XVII. 1). Cujus argumenti vim multo rectius percipiet, qui falsa evangelia & Acta apostolorum (in *Fabricii* cod. apocr. N. T.) cum veris comparare voluerit. Ut de *Joannis evangelio* nominatim dicamus, ex ipso narrandi modo intelligitur, auctorem habitasse in rebus narratis & hominem antiqua fide fuisse, qui non nunc demum, ubi cum adversariis, narrationem quamque captaturis, res ipsi esset (v. über den Zwek Joh. P. I. c. 1), elaborare inciperet, ut observatio & auctoritas in ipsius testimonio esset, sed qui conscius omnino sibi fuisset, se fidem lectoribus dudum approbasse (l. c. §. 9. 83).

e) Inter historiam, a laudatis scriptoribus proditam, & plerasque alias hoc interest, quod, cum

alia eventa & gesta in medio relinqui aut secure in utramque partem disputari possint, haec contra, de quibus sermo est, &, quae ex iis nexa est, Jesu & apostolorum auctoritas teneri ac defendi non potuerunt, quin opinionibus, dudum assuetis & sanctitatis opinionem habentibus, renunciaretur, flagitiorum & cupiditatum licentia, ipso etiam *Plinio* (§. 1. a) fatente, circumscriberetur, & cum his omnibus familiae, popularium, generis humani odium subiretur. Evenisse autem, quod Jesus (v. c. Matth. V. 10—12. X. 21. s. 34—36. Luc. XII. 1—12. 51—53. XIV. 25. ss.) praedixerat, non Lucas tantum Theophilo suo (Act. IV. ss. XXVIII. 22) narravit, sed Paullus quoque integris (cf. 1 Thess. V. 27) coetibus (II. 2. 14. f. 2 Thess. I. 4—7. Phil. I. 29. 30), etiam (2 Cor. XI. 23. ss. 1 Cor. XVI. 9. Gal. III. 4. IV. 29. V. 11. VI. 12. 17. cf. Ebr. X. 32—34) iis, quorum voluntatem a se alienatam esse sciret, ut experientiae ipsorum propriae subjectam & vulgo notam rem perscripsit, & exterorum quoque contumeliae ac relationes (§. 1. a) confirmant, v. *Paley* Ueberſicht und Prüfung der Beweise und Zeugnisse für das Christenthum T. I.

f) Res, de quibus quaerimus, maxime in Palaestina & vicinia, nominatim Hierosolymis, cum quibus ceu metropoli sua (v. *Philonem* de legat. ad Cajum p. 1031. in Flaccum p. 971) exteris etiam Judaeis multae & sanctae necessitudines erant (cf. *Philonem* de legat. ad Caj p. 1035. f 1023), in vulgus notae fuisse perhibentur (v. c. Matth. IV. 23. ss. IX. 26. XIV. 1 2. 35. f. XV 30. ss. XX. 29 — XXI. 11. XXVIII. 13. Marc. III. 7. ss. V. 24.

ss. VI. 14. Luc. VI. 17—19. VII. 17. XXIV. 18 — 20. Jo. II. 23. IV. 1. 45. XI. 42, 45. ss. XII. 10—19. XVIII. 20. s. Act. II — V. X. 36 — 38). Ergo primis lectoribus facillimum erat, Matthæum, Marcum, Lucam mendacii manifestos tenere, si, quod nuper evenisse scribebant, omnino non fuisset factum. Neque dubio locus est, an narratio de Jesu illico, dum recens esset, in notitiam & (not. e) cognitionem venerit. Etenim, *historiae, quam evangelia tradunt, summam*, quod nimirum Jesus fuerit doctor, miraculis clarus vitæque post mortem redditus, non libris modo, sed *publico etiam præconio divulgatam fuisse*, præter Lucam, (v. c. Act. II, 22. ss. XIII. 24 — 31. XVII. 18. 31. XXV. 19. XXVI. 22. s. 26) & Matthæum (XXVI. 13. coll. Joh. XI. 1. s. XII. 1 — 3). Paullus quoque in literis, quas captiosorum & alienorum in se hominum oculis & auribus usurpatum iri prævidebat, confirmare audet (1 Cor. XV. 3 — 11. Col. I. 23. cf. Ebr. II. 3. 4). Eadem historiæ Jesu capita tam necessario conjuncta erant cum rei christianæ natura & ortu (1 Tim. III. 15. s. cf. Progr. in h. l. p. 15. ss.), ut priscos inter christianos ii quoque ipsi, qui de multis partibus doctrinæ dissentirent, christianum nomen tueri non posse sibi viderentur, nisi confessos illos doctrinæ christianæ locos tenerent ceterisque opinionibus suis utcunque conferre studerent (v. über den Zwek Joh. p. 175 — 179. *Kleukeri* Neue Prüfung und Erklärung der vorzüglichsten Beweise für die Wahrheit und den göttlichen Ursprung des Christenthums P. III. p. 343. ss). Sed ex ipsis etiam libris, quibus rerum Jesu memoriam apostoli eo-

rumque discipuli complexi sunt, *Matthaei* certe *evangelium in ipso patriae Jesu solo* Palaestinensium *consuetudo mox* ita *trivit*, ut multitudo exemplarium, in quae utentium alii alia addidissent, multas & varias libri editiones pareret (über den Zwek Joh. §. 67). *Marci* vero *commentarium*, qui primus omnium (v. Diss. I. in LL. N. T. historic. aliquot loca p. 62. ss.), & in Palaestina quidem (l. c. not. 85), confectus esse videtur, inter christianos exteros cum Antiochienses (v. über den Zwek Joh. §. 59. 60), tum longinquiores *ante Paulli captivitatem Romanam consecutum fuisse magnam celebritatem*, ex 1 Cor. VII. 10. 2 Cor. VIII. 18. colligimus (v. Notit. historicas epp. ad Cor. interpr. servientes not. 166). Qua denique via *Lucae scripta*, inter Paulli captivitatem edita, non Theophilo solum (Luc. I. 3. Act. I. 1) ejusque civibus, quos Palaestinos fuisse (cf. *Michaelis* Einl. in die Schriften des N. B. p. 927. 930. ss. Zusäze p. 244. ss.), propterea dubitamus, quod homini, in ipso rerum Jesu theatro habitanti, extraneus Lucas vix scripturus fuisse videtur, quae Luc. I. 4. legimus, sed aliarum quoque regionum incolis mox innotescere potuerint, ostendimus in libro über den Zwek Joh. p. 377.

g) Atqui epistola Petri indubitata & Paullinae (§. 2), quae maximam partem certis *christianorum coetibus*, partim antistitibus *ecclesiarum* (cf. 1 Tim. I. 3. III. 15. IV. 11. ss. Tit. I. 5. ss.), inscriptae sunt, & in ipso quoque contextu passim de coetibus, evangelio fidem habentibus, tanquam de re confessa, mentionem faciunt (v. c. 1 Cor. I. 2. VII. 17. XI.

16. XIV. 39. XVI. 1. 8. f. 19. 2 Cor. VIII. 1. XI. 28. Gal. I. 22. II. 7 — 10. cf. Rom. XV. 19 — 27). Imo etiam *Taciti* annales (§. 1. a) consentiunt Lucæ (Act. II. ss.), per Judæam (XXI. 20) & extra, imo per urbem etiam ante Neronem & sub eo *multitudinem christianorum ingentem fuisse.* Unde illico sequitur, res, in facto positas, quas profiteri conjunctum erat christiano nomini (not. f), eo tempore, quo faciles erant examinatu (not. f.), ad profitendum difficillimæ (not. e), a permultis creditas, neque igitur manifesto falsas & confictas, sed, *quoad sensibus & observationi patebant*, veras fuisse deprehensas. Qui, tametsi christianæ religionis solum ac fundamentum, in factis positum, omnino cognitum haberent, suam tamen a rebus christianis assensionem cohibuerunt, eorum non modo studium occultandi sensus rei christianæ amicos (Joh. XII. 42. f. III. 2. XIX. 38. VII. 13. IX. 21 — 23), vel certe (Act. V. 13) verecundia profitendi nomen in christianis (cf. Zuschrift an eine Freundin, die in ihrer Ueberzeugung von der Göttlichkeit der Religion des Christenthums wankend geworden p. 74. ss.), sed ipsa etiam luctatio cum christianis, *salva factorum veritate ac evidentia*, explicari potest. Nam opiniones ante captæ & cupiditates (Matth. XIII. 54. ss. XV. 12. Luc. XX. 19. Joh. VII. 47 — 52. 15. IX. 16. XI. 48. ss. Act. IV. 2. V. 28. VI. 13. f. XVII. 32), quas ceteri non poterant (not. e) frangere, nisi veritatis evidentia adducti (Joh. III. 1. 2. IV. 44. f.) apud morosos verique parum amantes homines eo facile potuissent (v. *Ernesti* Opusc. philol. & crit. p. 93. f. ed. Lugd. Bat.) valere, ut

vel manifestissima eventa in dubium vocarentur, nedum ut agnoscerentur quidem (Matth. XXVII. 42. Joh VII. 3. 5. 21 — 26. IX. 16 — 18. X. 21. XI. 47. f. XII. 10. f. Luc. XIII. 14. Act. II. 22. IV. 7. 14 — 16 21, 22), sed agnoscentibus staret sententia (cf. Matth. XI. 16 — 19), repugnare contra veritatem factis consequentem, itaque vis afferretur conscientiae (v. 20 — 24. Joh. XV. 22 — 25) vel importunius (Luc. VI. 11. Joh. IX. 24. 28. 34. XI, 49. f. Act. IV. 17. f. 21. V. 17. 28. 40. VII. 54. 57. ss. XII. 3. 11. 1 Thess. II. 15) vel praetextu violentiae quaesito in difficultate qualicunque, quae certe cum factis evidentibus eorumque consectario pugnare videretur (Joh. VII 27. 41. f. IX. 16), aut in excogitatione alius caussae, cui facta indubitata assignari possent, quae vero esset ab re discipulorum Jesu (Matth. IX. 34. XII. 24. Act. II. 13). Sed de caussa eventorum deinceps (§. 8. h) videbimus, satis hoc loco habentes, *eventa ipsa, prout narrentur*, auribus, oculis, *sensu percepta fuisse*, & talia, qualia describantur, idoneis testibus apparuisse, non scriptorum ingenio conficta fuisse.

§. 6.

Re igitur ipsa christiani nominis auctor, qui, ut *Taciti* verbis (§. 1. a) utamur, *Tiberio* imperitante, per procuratorem *Pontium Pilatum* supplicio affectus est, *divinum* se legatum perhibuit (Joh. VIII, 42. VI, 29. 27. XVII. 3. 18. 23. V. 37. f. 43. VIII. 16. 18.

coll. v. 54. VII. 16. coll. v. 17. v. 28. f. coll. VIII. 54. f), qui doctrinam suam nec ab aliis hominibus didicerit (cf. VII. 15), nec suopte humano ingenio excogitaverit (v. 16. *) XIV. 24), sed ab ipso Deo **) acceperit (VIII. 26. 28. 40. XII. 49 f. XV. 15. XXVII. 8. Matth. XI. 27), unde tanta religione (Joh. V. 30. VII. 18. VIII. 29. 55) & per necessitatis vincula tam arcta (v. 16. 29. XIV. 10. X. 38. XVI. 15) pendere se professus est, ut non posset seorsum a Deo loqui (V. 30. VIII. 28. XIV. 10. XII. 49), ipsiusque igitur doctrina & dicta omnia (v. 48—50. *a*) propter perpetuam (VIII. 29. XIV. 10) illam cum Deo necessitudinem non pro mera hominis Jesu doctrina, sed pro Dei ipsius oraculis (VII. 16. XIV. 24. VIII. 28. XII. 49. f. XIV. 10. XVII. 8. 14. VIII. 38. 47. coll. v. 43. *b*), hacque nominatim de caussa (VIII. 16. 26. 40. V. 30. XVII. 8. ***) *c*) pro verissimis (VIII. 45. f.) haberi, & in ipsis quoque, communi hominum experientiæ non obviis, rebus, propter solam testis, Deo pridem conjunctissimi (III. 13. VI. 46. 62. XVI. 28. *d*) rerumque divinarum ac cœlestium peritissimi (Matth. XI. 27. Joh. VIII. 55), auctoritatem, apud homines fidem invenire debeant (III. 11 — 18. *e*),

neque repudiari possint, nisi per damnabilem sua natura (v. 18) impietatem *erga Deum* (XII. 48. ss. V. 38. 42. ss. VIII. 42 — 47. Luc. X. 16), cui fidem contra tribuat (Jo. XII. 44. V. 24. XIII. 20. *f*), qui *Jesu* credat. Et tanto quidem minus est dubio locus, quin hanc partem doctrinae Jesu apostoli eorumque familiares (§. 5) recte perceperint, quanto notior in vulgus illa fuerat, & quanto frequentius in controversiam venerat (Matth. XXVI. 63—68. XXVII. 54. Joh. XIX. 7. V. 18. VI. 41. f. X. 33. 36.)

*) *Flattii* Magazin für Dogm. und Moral P. IV. p. 219. ss.

**) cf. *Süskindii* Differtt. duas de sensu, quo suam Jesus doctrinam divinam perhibuerit.

a) cf. ἀπ' ἐμαυτοῦ Joh. V. 30. VIII. 28. & ταῦτα Joh. XVII. 7. (cf. *Flattii* Magaz. P. I. p. 117. not. 4) Matth. XI. 27. Si quid ignorari ab homine Jesu voluit Deus (§. 80), nihil ex proprio ingenio substituit, sed ignorationem professus est (cf. Marc. XIII. 32), ergo ne tum quidem ἐξ ἑαυτοῦ (Joh. V. 30. VIII. 28. XII. 49), absque mandato patrio aut secus, ac ille vellet, docuit (v. 49. f. VIII. 28). Et praeterea ignoratio illa non (cf. III. 34. & Diss. III. in LL. N. T. hist. aliquot locos p. 46) a terminis, quibus circumscripta fuisset conjunctio Jesu cum Deo, sed a voluntaria modestia §. 81. a) Jesu profecta est, quae nihil ultra affectavit (§. 82), quam

conjunctissima ei (§. 76. f.) divina omniscientia (§. 44) nunc quidem (§. 80) suppeditare voluisset.

b) cf. *probatum a Jesu* (Jo. V. 32. f.) testimonium Joannis baptistæ III. 34. Add. Luc. XI. 49. coll. Matth. XXIII. 34.

***) v. *Flattii* Magaz. P. I. p. 117.

c) cf. Jo. III. 33. cum v. 34. & infra §. 26.

d) cf. Jo. III. 31.

e) cf. Jo. III. 32.

f) cf. Jo. III. 33. f.

§. 7.

Quamquam hoc Jesu testimonium de se (§. 6) conjunctionis cum Deo interna, eademque certa *a*), conscientia ac sensu (Joh. V. 30. 19. f. VIII. 26. 28. 40. XII. 50) niti, ideoque (Jo. VIII. 14) verum esse potuit per se: ejus tamen veritatem *aliis intelligere* non licet (V. 31. *b*) nisi ex *factis*, præconii (XV. 21. f.) fidem facientibus (v. 24. V. 36). Et ipsi quidem *mores* Jesu fuerunt ejusmodi, ut nulla in eum commercii cum Deo vel *mentiti* vel *imaginarii* suspicio cadat, eique igitur, suam cum Deo necessitudinem prædicanti, liceat *ipsi credere* (XIV. 11. X. 38), seu fides haberi queat propterea, quod ipse, qui talibus moribus fuerit, hoc confirmaverit. Procul enim eum a *mendacio* (ἀδικια) fuisse, ex eo intelligitur

(VII. 18), quod cum omni illa magnificentia testimonii de se ipso nihil *fecit* ambitiosius, sed, repudiato, quo potiri integrum erat, honore (VI. 15. Matth. XVI. 20. XVII. 9. Luc. XII. 13. f.), eam potius dignitatem, quam *sine maximo ipsius incommodo* defendi non posse vidit (Jo. V. 18. 41. VI. 41. f. 60. 66. VIII. 13. 37. 40. 43. f. 52. ss. X. 31 — 33. Matth. XXVI. 63 — 66), sola Dei, a quo magnificum illud testimonium mandatum ipsi fuisse confisus est, observantia (v. 63. cf. Jo. VIII. 49. f.) & veritatis creditae diligentia (v. 55) compulsus, vel eo tempore non destitit confirmare (Matth. XXVI. 64. Luc. XXII. 69. f. XXIII. 34. 46. 43. coll. v. 42. Jo. XVII. 2. 5. 7. f. 10. 14. 18. 21. ss.), quo praeter Dei fiduciam nihil porro spem ipsi facere poterat (Matth. XXVI. 61. f. Jo. XIX. 7. Matth. XXVII. 40. 42. f.). Et *persuasissimum* omnino ipsi fuisse divinum, in quo gloriatus est, caussae suae adjumentum, e firmissima prosperi successus, ejusque post mortem ignominiosam, quae maximo potius impedimento esse videri poterat (Luc. XXIV. 19 — 21), extituri demum *c*), spe atque expectatione arguimus, quam, inter tenuia initia & gravissima impedimen-

dimenta (Jo. III. 32. XV. 20. ss. Matth. XI. 16 — 24. X. 25), ipsorumque, quibus post mortem suam uti volebat, sed a quibus sine Dei fiducia (Luc. XXII. 32. Jo. XIV. 16. 26. XV. 8. 26. XVI. 5 — 15. XVII. 9 — 17) nihil magni sperare poterat, discipulorum lentissimos progressus summamque imbecillitatem (Matth. XVI. 23. XVII. 17. XXVI. 31 — 35. 41. Marc. VI. 52. VII. 18. VIII. 17 — 21. Luc. XVIII. 34. XXIV. 11. Jo. XVI. 12. XX. 9. 19. 25), non verbis modo professus est (Matth. XIII. 31 — 33. 30. 37 — 43. X. 18. XXIV. 14. cf. not. c), sed factis quoque, ex illa fiducia nexis, declaravit, quum, spretis (Jo. VI. 15) ornamentis, quae a consilio & studio humano in ipsum proficisci poterant, nec multitudinis plausus quaerere aut tueri, nec a proceribus gratiam inire consuevit (v. 26—66. VIII. 30. ss. Luc. XIV. 25. ss. XI. 53. s. XX. 19. Matth. XV. 12 — 14. XXII. 16), imo ipsum, quod ceperat, consilium suum, quamvis latissime pateret (Jo. IV. 21 — 23. X. 16. cc), ita sine omni cupiditate persecutus est, ut cum maturo sensu dignitatis suae (Luc. II. 46 — 49) nequaquam tamen festinaret docere in publico (III. 23), maximamque propo-

siti partem, dum viveret, cogitate (Matth. X. 5. s. XV. 24) non perageret, sed in aliud tempus differret, quo ipse ne victurus quidem esset superstes in terris (Jo. X. 11—15). Atque hæc *moderatio* in ipsa illa caussa, quam divinitus sibi mandatam esse Jesus non mentitus, sed plane confisus & ex animi sententia professus est, omnino abhorret a fanatico & *imaginoso* ingenio, quod insuper ad suscipiendum opus tam mire amplum (Matth. XIII. 37. s.), sed per ipsam amplitudinem tam longum quoque (v. 30. 39—43. 47—50) &, dum ab ipso superstite urgeri poterat, tam parum spectabile (v. 31—33) ne incidisset quidem *d*), quum præsertim notio Messiæ, fanatico sensui cum primis opportuna *e*), inter cives Jesu ita dominari & ali consuevisset *f*), ut hanc potius arripere & amplificare in proclivi fuisset, quæ ipsis etiam discipulis Jesu, quamvis crebro & valde repugnaret magister *g*), ægerrime (Matth. XVI. 22. s. XX. 21, Luc. IX. 45. XVIII. 34. XXIV. 21), nec nisi per ipsum tandem ejus, quem pro Messia habuerant, discessum e vita terrena (v. 25—46) potuit eripi.

a) Divinæ in animo efficientiæ *certam* aliquam conscientiam *non fuisse impossibilem*, ostendunt *Koep-*

gen (die Bibel, ein Werk der göttl. Weisheit P. II. p. 389. ss.), *Kleuker* (Neue Prüfung und Erkl. der vorzüglichsten Beweise für die Wahrheit und den göttl. Ursprung des Christenthums P. II. p. 179. ss.), *Flatt* (Obss. ad comparandam *Kantianam* disciplinam cum christiana doctrina pertinentes not. 47). Et de *possibilitate*, de qua sola hic quaeritur, etiam *Plankius* (Einleit. in die theol. Wissensch. P. I. p. 891) & *Schmidius* (Versuch einer Moralphilosophie p. 102. ed. 2) consentiunt.

b) v. über den Zwek der evl. Gesch. Joh. p. 200.

c) Matth. XVI. 18—23. XXI. 37—43. XXVI. 11—13. Joh. III. 14—16. VI. 51. X. 11—16. XII. 24—32. XV. 13— XVI. 8. XVII. 18—20. Etiam VIII. 28. sperat Jesus, tum, *cum in crucem* (cf. XII. 33) ab adversariis *sublatus*, itaque hostium, non sua (VIII. 22) manu interemtus fuerit, res ipsius eo deducendas esse, ut ex loco, quo tunc futurae sint, multo evidentius intelligatur, nihil ipsum suo arbitratu, qui *post mortem* certe *valiturus non erat*, aut per se solum (ἀφ' ἑαυτοῦ) gessisse, sed *Dei* caussam egisse, cujus consiliis interfectores Jesu obstare nequierint, qui Jesum vitae reddere suisque, per Jesum editis, dictis de reditu Christi ad Patrem (v. 14. 21) ejusque consequentibus (XVI. 7. Matth. XXIV. 14. ss. coll. Jo. VIII. 24. 50), ita satisfacere potuerit, ut veritatem testimonii Jesu (v. 16) in dubium porro (v. 13) vocare non liceat.

cc) cf. Diss. III. in LL. N. T. hist. aliquot locos p. 16.

d) v. *Reinhardi* Versuch über den Plan, den der

Stifter der christl. Relig. zum Besten der Menschen entwarf. ed. 3.

e) v. Act. V. 36. & *Lessium* l. l. P. II. p. 539. ss.

f) v. Diss. de notione regni cœlestis. §. II.

g) Jo. VI. 15. 26. ss. Matth. V. 3 — 12. (Diss. III. in LL. N. T. histor. aliquot loca p. 42. ss. Diss. I. p. 13. s.) Marc. IX. 9 — 13. Luc. IX. 43. 44. XIV. 25. ss. Matth. XX. 22 — 28. Luc. XIX. 11. ss. 29 — 40. coll. v. 41 — 44. & *Hessii* Biblioth. der h. Gesch. P. II. p. 320. ss. Add. Diss. de notione regni cœlestis §. III. de parabolis Christi p. 18.

§. 8.

Sed præcipuo argumento sunt (Matth. XI. 3—5. Jo. XIV. 11. X. 37. s. 25. *a*) XI. 42. 15. 4. IX. 3 — 5. *b*) opera (ἐργα V. 36. XV. 24. *c*) Jesu ea *d*), quæ nominamus *miracula*. Cum enim hæc mira *e*), in facto posita (§. 5), nec humana arte effici *f*) nec casu aut forte fortuna ad voluntatem (Matth. VIII. 3. 8. s. 13. Marc. VII. 34. s. Luc. VII. 14. s. XVIII. 42. s. Jo. IV. 50 — 53. XI. 41 — 44 &c. *ff*) & prædictum (v. 11 — 15. Matth. XXVII. 63. Luc. XXIV. 6. 7. IX. 1. 2. 6. 10. X. 9. 17. Jo. XIV. 12) Jesu consentire *g*) potuerint: luculento sane testimonio (σημεια VI. 26) sunt, hominem Jesum, ut ipse dixit (§. 6). sibi, qui res istas efficere non potuisset (not. f),

haudquaquam relictum, sed adjutum fuisse ab altiore natura, & nominatim quidem *h*) ea, cui & dicta sua (§. 6) & humanis manifesto superiora facta (Luc. VIII. 39. Marc. VII. 34. Jo. IX. 3. XI. 41. f. 4. 40. XIV. 10. V. 17. 19. f. 36. X. 25. 32. 37. f. coll. VI. 27. V. 18. *i*) ipse tribuit *k*).

a) Cum fides, *operum* ergo Jesu tribuenda, in locis Joanneis disjungatur a fide, *ipsi* per se propter personam & *mores* ejus adjungenda (§. 7); opera Jesu locis laudatis non sunt mores ejus, sed (not. d) *miracula* (cf. Diss. II. in LL. N. T. histor. aliquot locos p 52. ss.), unde veritas praeconii Jesu multo proclivius (cf. Jo. X. 38. XIV. 11) intelligi poterat.

h) cf. Diss. II. in LL. N. T. histor. aliquot locos p. 44. ss. Ceterum *apostoli* quoque declarationem Jesu de consilio miraculorum, ad confirmandam his indiciis (Jo. VI. 26. f. 30) divinam ipsius missionem (v. 29) & universam (§. 6.) magnitudinem (δόξαν XI. 4.) spectante, in eamdem sententiam interpretati sunt Act. II. 22. Joh. II. 11. cf. Ebr. II. 3. f. Adde Diss. I. in LL. N. T. histor. aliquot loca p. 83. f. ubi monstratur, fidem, *miraculis* nixam, Jo. IV. 48. Marc. VIII. 11. f. nequaquam contemni, neque etiam solis miraculorum spectatoribus, sed ipsis quoque narrationum de miraculis, quae ipsi non viderint, lectoribus commendari (Joh. XX. 29 — 31). cf. Annott. quasdam theol. ad philos. *Kantii* de relig. doctrinam not. 33).

c) Etiam (cf. not. a) his locis *miracula* Jesu potissimum spectari videntur. *Prioris* enim sermonis ansa fuit (V. 5—16) ejusmodi ἔργον (v. 17. VII. 21. coll. 23), quod miraculum appellamus, eaque majora, quæ V. 20. promittuntur, opera rursus fuere (v. 21) magnitudinis (v. 18. 23) Jesu documenta, qualia tempore judicii (v. 22. 27 — 29), sed ante mortem quoque (v. 25) daturus erat. *Altero* loco *manifestissima* (XV. 22. 25) dignitatis Jesu argumenta intelliguntur. Atqui miracula cum primis incurrebant in sensus & præ aliis testimoniis popularem evidentiam habebant (IX. 30 — 33. X. 21. III. 2).

d) Hunc significatum vox ἔργον perspicue habet Matth. XI. 2. coll. Luc. VII. 17. f. cf. Joh. IX. 3. f. cum v. 6. f.

e) Talia eventa, παράδοξα Luc. V. 26. IX. 43), *non allegorias*, tradi a a scriptoribus sacris, præter modum narrandi (v. *Lessium* l. c. p. 281. f.), hoc maxime docet, quod res narratæ *tanquam vere gestae* in aliis locis dictisve usurpantur (v. c. Matth. XI. 20 — 23. XXVII. 42. Marc. VI. 14. 52. VIII. 19. f. IX. 28. Joh. IV. 45. 54. VI. 26. VII. 23. X. 21. XI. 47. f. XII. 1. 9 — 11. Act. II. 22). Sed & ipsi illi, qui miracula Jesu vertunt in allegorias, complures tamen effectiones, quamvis per humanam artem (v. *Dammium* vom historischen Glauben P. II. p. 48. 52), de qua calumnia mox (not. f) videbimus, at *re vera* evenisse fatentur. Neque profecto malorum *animi* sanatio, in quam partem curationes Jesu accipi posse dicuntur (l. c. p. 59. f.), *violati sabbati* suspicionem Judæis movere (Matth.

XII. 10. ss. Luc. XIII. 14—17. XIV. 1—3. Joh. V. 9—18. VII. 21—23) potuit. Verum ejusmodi narrationes, quae, licet passim inter allegorias numerentur (l. c. p. 68), alibi tamen *historicae* esse perhibentur (l. c. p. 13. f.), a ceteris, quae fidentius pro allegoriis fumuntur (l. c. p. 52. ss.), nulla, quae *in ipso narrandi modo* inesset, nota, sed unice secundum philosophica, si placet, decreta discernuntur (l. c. p. 49. ss.). Unde conceditur tandem (l. c. p. 9. 47—49. 52. 58), evangelistas *hoc voluisse* & *ita narrasse*, ut Jesus miracula edidisse videretur, quemadmodum Moses, hacque via Judaeis tanto facilius persuaderetur, Jesum esse Messiam. Nobis vero satis est hoc loco, si discipuli Jesu miracula voluerint intelligi. Nam si nihil ejusmodi evenisset, itaque cognoscentes de veritate narrationum pro mirabilibus rebus vel remedia, quorum usum in curatis a Jesu morbis discipuli callido silentio praeteriissent, quamquam ne omnibus quidem morbis, a Jesu depulsis (v. c. Joh. IV. 50—53. Luc. VII. 6—9. Marc. VII. 30), apta est temeraria sumtio (cf. *Stileri* Progr. Pentecost. 1795. „Christus an in operibus suis mirabilibus efficiendis arcanis usus sit remediis?“), vel commenta deprehendissent, quae pro miraculis venditata tandemque pro allegoriis interpretanda fuissent, confidimus omnino, discipulos Jesu caussam ejus non persuasuros Judaeis, sed in ipsis initiis eversuros, neminemque illis temporibus christianum fuisse evasurum, quod secus fuisse vidimus (§. 5. g).

f) Arti & fraudi nullum locum relinquit tum varietas summa miraculorum, nec certo effectionum

genere (Matth. IV. 23. f. VIII. 17. XI. 4. f. Marc. V. 35. ss. Joh. XI. 14. f. 21. ss. Matth. XIV. 14—36. XV. 30. ss. Joh. VI. 15—25. Marc. IV. 36. ss. Luc. V. 4—7. Matth. XVII. 27. Joh. I. 49. f. IV. 17—19. 29. II. 1—16) nec certi loci opportunitate (Joh. II. 23. III. 2. IV. 45. Matth. XXI. 14. IV. 23. IX. 35. Marc. VI. 56. Joh. IV. 50. ss. Matth. VIII. 8—13) adstrictorum, tum acies hostilium oculorum & animorum (cf. *Michaelis* ad Ex. IX. 15. f.), qui facta Jesu observabant (Matth IX. 3—8. 34. XII. 24. XXI. 14. f. Luc. VI. 7—11. XIII. 14—17 XIV. 1—6. Joh. XI. 46. XVIII. 6. VI. 22—26. coll. v. 41—66) & examinabant (V. 10. ss. IX. 13. ss. XI. 47. ss. Matth. VIII. 4), neque profecto, si humanam artem & fraudem detegere licuisset, ad effugium, IX. 34. XII. 24. memoratum, delapsi fuissent, imo præsentia speculatoris assidui (Jo. VI. 70. f. XIII. 18), qui artem, quamvis tectissimam, ignorare non potuisset (Matth. X. 1. 4. 8. Marc. VI. 13. 30), ejusque vel cogitatione sensum (Matth. XXVII. 3—5) injuriæ, magistro illatæ, mitigaturus vel proditione Judæorum proceribus gratum (cf. Jo. XI. 47. f. XII. 19. Matth. XXVI. 59. f.), sibi quæstum (v. 15) facturus fuisset (v. *Lessium* l. c. p. 304—309). Sed & alii plures (Matth. VII. 22), qui confiderent Jesu hactenus, ut eum pro insigni legato divino haberent, ejusdem fiducia & auctoritate (v. 22. Marc. IX. 38. f.) miracula patrarunt, licet auctoritatem Jesu non eo valere finerent, ut animum vitamque emendarent (Matth. VII. 22. cf. 1 Cor. XIII. 2), imo partim ne sectarentur quidem Jesum (Marc. IX. 38), sed Pharisæos (Matth. XII.

27). Neque miramur, cur divina virtus adfuerit ejusmodi hominibus. Etenim caussa Jesu plurimum adjuvabatur (Marc. IX. 40) & criminationes adversariorum ejus evidentissime repellebantur & damnabantur (Matth. XII. 27), si vel socii atque discipuli adversariorum ejus propter suam ipsorum experientiam recusarent consentire (Marc. IX. 39). Et quibus tandem artibus vere (Joh. XIX. 33. s. Marc. XV. 44. s. cf. *Seileri* Vernünft. Glauben der Christen an die Wahrheit des Christenthums p. 250. ss.) interfectus (cf. *Tacitum* supra §. 6) Jesus reddi poterat vitae? Re autem vera fuisse redditum, com plutibus (1 Cor. XV. 5—7) testibus, cum quibus redux in vitam crebro & varie versatus fuisse legitur (Act. I. 3. X. 40. s. XIII. 31.), propterea credimus, quod ipsius etiam *nuntii* de reditu Jesu in vitam, qui tamen re vera personuit (1 Cor. XV. 11. s. Act. II. 32. III. 15. IV. 2. 33. §. 5. f), & universe praeconiorum Jesu, ab apostolis peractorum, origo (cf. Joh. XIV. 19. s. XVI. 20—23) intelligi ac reperiri non posset (v. *Seilerum* l. l. p. 265. ss.), nisi testes (Act. I. 22), supplicio Jesu conturbati atque depressi (Luc. XXIV. 20. s. Joh. XX. 19. 26), & universe ad miraculorum expectationem (VI. 6—9. Marc. VI. 51. s. VIII. 17—21), maxime vero ad sperandum magistri reditum in vitam haud propensi (Marc. IX. 10. Luc. XXIV. 11. 37 — 45. Jo. XX. 9. 25), per evidentia (Act. IV. 20) laetabilis rerum Jesu conversionis documenta in caussae Jesu novam fiduciam erecti fuissent. cf. Neue allgem. deutsche Biblioth. T. XV. p. 21. 22. Deinde plurima illa, publica (Act. II. 43 V. 12. 15. s.)

mat, quidquid ad firmandam Jesu auctoritatem opus sit. Deinde Jesus diserte nonnunquam significavit (Marc. VI. 56), eos quoque, qui modo contrectent ipsum, *velle se* incolumes. Sed consensio Dei cum consilio Jesu, probandi missionem suam divinam, hoc luculentius (cf. Act. XIX. 11) apparebat, quod interdum etiam, Jesu id non cogitante, divina virtus eventu comprobarat expectationem, quam Jesus alias doctrina & miraculis commovere vellet. cf. *Michaelis* ad v. 12.

g) Consensio *unius vel alterius* mirabilis eventus casui forte poterat tribui, sed tollit dubitationem (cf. *Flattii* Beyträge zur christl. Dogm. und Moral p. 33. ss.) insignis multitudo (Matth. XV. 30. f. Marc. I. 34. III. 8—11. VI. 13. 53. ss. Luc. VI. 17—19. VII. 21. Jo. XX. 30) & varietas (not. f) miraculorum, exquisitus denique omnium consensus cum ipso etiam doctrinæ Jesu, qui hac testificatione utebatur (V. 36. f. X. 25. 37. f. XIV. 11. XV. 24. Matth. XI. 3—5. Joh. II. 18—22. coll. Matth. XXVI. 61. XXVII. 40), *argumento & sententiis*. Ut enim digna erant (Joh. XI. 4. 23—25. V. 20—25. I. 14. 51. f. II. 11. Matth. VIII. 27. Act. III. 6. 12. f. cf. 2 Petr. I. 16—18) magnitudine Jesu, quam prædicat evangelium: ita conveniebant quoque (Joh. X. 32. Act. X. 38. IV. 9. f.) liberatori (v. 12) ex incommodis, peccato annexis. v. Matth. IX. 5. f. VIII. 17. (cf. Comment. in ep. ad Hebr. p. 481. f.) Joh. V. 24. f. XI. 23—26. 1 Cor. XV. 20—26. Matth. XII. 28. (§. 51 d). v. *Hessium* über die Lehren, Thaten und Schicksale unsers Herrn p. 368. ss. Geschichte der drey

lezten Lebensjahre Jesu T. II. Proleg. p. XXVII. die Bibel ein Werk der göttl. Weisheit von *Koeppen* P. II. p. 234. ss.

h) Si virtus, *humanitate superior*, Jesu vere adfuit: testimonii Jesu (§. 6. 8. extr.) ea pars, quae proprie incredibilis videri poterat, explorata est. Neque jam dubitare licet nisi temere, quae sit ea natura, cujus auxilio, vel dudum parato in creatione ipsa per naturae rerum conformationem eam, quae suo tempore fidem Jesu posset facere, vel, quod longe probabilius est (§. 36. a), tum, cum res mirae evenirent, allato, Jesus fuerit adjutus. Nihil enim rationis afferri potest, cur aliam potius, quam quae ab ipso Jesu appellata fuit, adjutricem naturam sumamus, & nemo sane rectius eam cognoscere potest eodem Jesu, quem dignata est singulari auxilio, quive cum ea commercium &, quia ipsi se exhibuit, cognoscendae ejus ante omnes copiam habuit. Quamquam, si *diversam a Deo* caussam miraculorum & doctrinae Jesu aliquis fingere velit, talem certe, quae impia erga Deum & infensa hominibus esset, nec miraculorum natura (Matth. XII. 24—29. Act. X. 38. cf. *Hess* über die Lehren &c. unsers Herrn p. 365. s.) fingi patitur nec doctrinae argumentum, quod, etiamsi de veritate non praejudicemus, pietatem certe erga Deum undique spirat, ipsisque etiam adversariis fatentibus (cf. *Lessium* l. c. p. 630), maximam christianis, si ejus observantiores forent, utilitatem esset allaturum. Improba natura impietati serviisset (2 Thess. II. 9. 11. coll. v. 4. cf. Ap. XIII. 2. 13. ss. cum v. 4. 6), &, si vel maxime splendidam atque bene-

volam personam (2 Cor. XI. 4) tulisset (v. 3. coll. Gen. III. 5), consilia tamen se digna fuisset secutura, sicque impietatem prodidisset (v. 4. f. coll. v. 3. II. 16. f.). Pia vero Deique reverens natura *injussu Dei* auxilium Jesu non fuisset latura aut certe Jesum, ipsius, non Dei, virtute & auctoritate agentem atque loquentem, non docuisset mentiri adversus Deum (cf. 1 Cor. XV. 15), Deove, unde Jesus, quod supra (§. 8. extr.) vidimus, & miraculorum & dictorum suorum originem repetiit, constanter tribuere, quæ non a Dei vel virtute vel auctoritate, sed ab alius naturæ vi & consilio profecta fuissent. Fac denique, miracula Jesu fuisse testimonium auxilii, quo hunc doctorem juvare *divinitus* jussa fuerit natura invisibilis excellens. Ergo Jesus, quod satis est nobis, *ex* ejusdem *Dei voluntate* locutus est, cujus jussu & voluntate ipsi docenti (§. 6), quoque facilius adventitium auxilium agnosci posset (§. 7. 8), facta etiam, humanis viribus majora, edenti, natura invisibilis adfuit, a Deo, homines erudituro, haud profecto lecta inepte ad consilium veritatis patefaciendæ. Num universe *possibilia* sint miracula, hoc loco nihil attinet quærere, cum necesse sit possibilia haberi, quæ vidimus posita fuisse in re. Vide tamen infra §. 35. Annott. theol. ad philos. *Kantii* de relig. doctr. p. 70. ss. & *Jungium* in Urania für Kopf und Herz, herausgegeben von *Ewald* 1793. p. 258—289. P. IV. n. 1. *Fichtii* Critik aller Offenbar. §. 7. *Staeudlin* Ideen zur Kritik des Systems der christl. Relig. §. 48. ss. Item Censur des protest. Lehrbegrifs nach den Principien der Religions-Kritik, Erste Fortsezung p. 12.

Quae anonymus auctor attulit ad probandum, certiores nos fieri non posse de miraculorum Jesu veritate, ea diluit *Flattius* l. l. p. 60. ss.

i) In hanc partem apostoli quoque declarationem Jesu de caussa miraculorum, ab ipso editorum, acceperunt (Act. II. 22. X. 38. 1 Joh. V. 9. s. cf. über den Zwek Joh. p. 228. f. & add. Ebr. II. 4. y).

k) Quam iniqua sit horum miraculorum comparatio cum aliis, quae passim jactata fuerunt, prodigiis, ostendit *Lessius* l. l. p. 214. ss. 767. ss. cf. *Jacobi* Abhandlungen über wichtige Gegenstände der Religion. n. II. XVII. XX. P. I. 25. ss. P. III. p. 185. ss. P. IV. 287. ss. ed. 2. *Paley* Uebersicht und Prüfung der Beweise und Zeugnisse für das Christenthum p. 247. ss. *Lüderwaldii* Anti-Hierocles, oder Jesus Christus und Apollonius von Thyana in ihrer grossen Ungleichheit vorgestellt. Halae 1793. *Herderi* Briefe das theol. Stud. betreffend. Ep. 34.

§. 9.

Idem Jesus, qui nunquam non (§. 6) locutus est (§. 7. 8) divinitus, *apostolos*, *a se lectos* (Marc. III. 13—19.), praeter *a*) Judam proditorem *omnes* (Act. I. 2. 13) doctrinam ab ipso inchoatam (cf. Ebr. II. 3) continuare ac propagare jussit (Joh. XVII. 12. 18. 20. XX. 21. Matth. XXVIII. 16—20. Luc. XXIV. 47. f. Act. I. 8. X. 42. cf. Marc. XVI. 14. 15. *b*), atque de illorum opere non modo

propterea (Joh. XV. 27. cf. Act. I. 21. f.) bene speravit (Jo. XV. 16. XVII. 15. 20), quod ipsius doctrinam (Joh. XV. 22) & miracula (v. 24) tanquam comites ejus (v. 27. Marc. III. 14) cognoverant (Joh. XVII. 6 — 8. 14. Luc. XXIV. 45 — 48. Act. I. 2. f. X. 39. 41), sed divina maxime efficientia fretus fuit (Joh. XVII. 11 — 15), quæ ipsius curam atque moderationem (v. 12) novo auxilio compensatura (v. 11. 15), & pro ipso discessuro apostolis alium adjutorem esset adjunctura, qui nunquam ab iis declinaturus (XIV. 16. f.), & doctorum muneri administrando idoneos eos redditurus esset (Act. I. 8 Luc. XXIV. 48. f.), non quo sua sponte *c*) nihil essent promturi in medium (Matth. XIII. 52. X. 27), sed quod institutio (μαρτυρία), ab ipsis profectura (Joh. XV. 27), cum institutione, ab assiduo ipsorum adjutore profectura (v. 26), ita esset conjungenda (v. 26. f. cf. Act. XV. 28), ut verax (Joh. XIV. 17. XVI. 13) Christoque & ipsius patri prorsus consentiens (v. 13 — 15. cf. 1 Cor. II. 10. f.) Spiritus iis posthac dicta Jesu, quæ forte ipsi non meminissent, *omnia*, quibuscunque opus esset, in memoriam redigeret (Joh. XIV. 26), quæque vel minus recte tene-

tenerent vel (XVI. 12) omnino ignorarent, ea, quotiescunque opus haberent, *omnia* (XIV. 26. διδάξει ΠΑΝΤΑ, XVI. 13. ΠΑΣΑΝ ἀλήθειαν), ne abditis quidem & futuris rebus, quarum scientia a communi providentia Dei *cc*) sperari non poterat, exceptis (v. 13), explanaret ac aperiret (XIV. 26. διδάξει, XVI. 13. ὁδηγήσει εἰς ἀλήθειαν, v. 14. f. ἀναγγελεῖ), eaque igitur omnia, in quibus negotium, pro suis cujusque notitiis, ex superiore vel Jesu vel Spiritus divini institutione haustis, & pro suo usu docendi, apostolis ipsis permitteret, hoc ipso nomine, quod monitor (παράκλητος XIV. 26. *d*) *assiduus* (v. 16. f.) nihil haberet monendum, simpliciter probaret. Unde sequitur illico, apostolorum universam doctrinam veracis, qui ipsis adjunctus fuerat (XVI. 7) eosque docentes moderabatur, Spiritus (v. 8. Matth. X. 20. *e*) doctrinam, eaque de caussa divinam in ea auctoritatem esse (XVI. 19. Joh XIII. 20. *f*), quae impune rejici *g*) nequeat (cf. Marc. XVI. 15. f. add. VI. 11). Nec verendum est, ne apostoli dicta Jesu, quae ad ipsos nominatim pertinebant, & quorum usurpandorum atque cum usu suo & experientia comparandorum mox tam crebra occasio existebat, cum

D

docendi munere fungi inciperent, minus diligenter audierint & memoria tenuerint. *h*).

a) cf. über den Zwek Joh. p. 210. ss.

b) Αὐθεντίαν loci tuetur Diss. I. in LL. N. T. historicorum aliquot loca.

c) Fuit omnino, ubi verba facerent sine omni præmeditatione (Luc. XXI. 14), quam vacuitatis a metu & præsentiæ animi sola promissio, qualem v. 15. suspicari possis, haud profecto supervacaneam reddidisset; ubi dicerent, non quæ vel ante (v. 14) vel nunc *ipsi* excogitassent, sed (Marc. XIII. 11) quæ *hoc ipso temporis puncto* (v. 11. Matth. X. 19. Luc. XII. 12) *a Christo* (XXI. 15), sive (Joh. XVI. 13—15) *a divino Spiritu* (Luc. XII. 12) suppeditata fuissent. Sed hæc promissio pertinet (Matth. X. 17. f. Marc. XIII. 9. Luc. XII. 11. XXI. 12) ad caussæ dictionem ante judices, ubi tale auxilium flagitare poterant rationes; non continuo valentes in alium quemque locum docendi. (v. Die göttliche Eingebung der heiligen Schrift untersucht von *Toellner*. p. 253. f.). Verum hoc certe intelligitur, divinum Spiritum, *si res locusque flagitaverit*, apostolis etiam suppeditasse dicenda. Jam & extra forum apostolis usu venire poterat, ut ad partes muneris implendas necessarium iis esset *ejusmodi* auxilium, eosdemque in tali tempore similiter, ac in foro, singularem Spiritus opem expectare jussos esse, aliis locis (Joh. XIV. 26. XVI. 12—15) patet. Quod si vero divinitus moniti sunt apostoli, *quotiescunque usus esset*; usum non venisse, quoties sua sponte siti sunt docere, ipsorumve propria co-

gitata & dicta *monitoris divini consilio respondisse*, per ipsamque divini admonitus prætermissionem divinitus pro veris atque per se certis declarata fuisse, apparet. De loco Act. XXIII. 5. v. *Michaelis* ad v. 2. ss. p. 419 — 422. Einl. in die göttl. Schriften des N. B. p. 52. f.

cc) Ejus cogitationem universe alienam esse consilio promissionis Christi, ostendit *Planckius* in *Flattii* Magazin P. II. Diss. I.

d) Παρακλητον esse eum, qui διδασκει & υπομιμνησκει, uno verbo, *monitorem*, l. c. adjuncta docent. Sed & usus loquendi consentit, v. *Loesnerum* ad v. 16. *Volborth* Progr. Gœtting. 1786 p. 13. ss. & *Ernesti* Opusc. Phil. crit. p. 215. f. ed. Lugd. Bat. Quamquam non repugnamus, si quis malit cum *Knappio* (Progr. 1790. de Spiritu S. & Christo paracletis, itemque de varia potestate vocabulorum παρακαλειν, παρακλησις, παρακλητος) *latiorem* significationem tenere, & *patronum*, *curatorem*, aut, qua ipsa voce supra aliquoties usi sumus, *adjutorem* intelligere. Etenim res ipsa loquitur, adjutorem in *munere administrando* (Joh. XV. 26. f. XVI. 8. ss. Act. I. 8. Luc. XXIV. 48. f.) apostolis, quorum erat, *Christi doctrinam* (Matth. XXVIII. 20.) ipsius instituto & menti convenienter (Joh. XVII. 18. 20. XVI. 13 — 15) tradere ac propagare, ut *veritatis* doctorem (πνευμα της αληθειας XIV. 17. XV. 26. XVI. 13) adesse, eosque *docendo monendoque* (v. 13. f. XIV. 26) hoc ipsum efficere debuisse, ut eorum institutio consilio Christi responderet, itaque non minus (XVII. 18. XIII. 20) quam ipsius doctrina (§. 6), certa errorisque expers esset (Matth. XVI.

19. v. ipsum *Knappium* l. l. p. 20). Sed hæc firmitas doctrinæ apostolicæ obtineri non poterat, nisi tum, cum vel minus recte intellexissent aut meminissent dicta Christi (cf. *Planckii* Einleit. in die theol. Wissensch. P. I. p. 367), vel de rebus, ab ipso Domino præteritis, nunc vero proponendis (Joh. XVI. 12), in ignorantia aut errore versarentur, divinus adjutor eorum caussam egisse eorumque *monitor ac doctor* fuisse (XV. 26 XVI. 13—15. cf. 1 Cor. II. 8—13. §. 10) censeatur (§. 11. e). Doctrina apostolica ad Spiritum divinum (Joh. XVI. 8. Matth. X. 20. §. 9. e. Joh. XV. 26. f. cf. Act. XV. 28) eoque ipso (Joh. XVI. 13—15) ad Christum hac demum lege tuto referri poterat, si divinus adjutor, qui fidem doctrinæ habendam *miraculis* adjuvit (Joh. XIV. 12. cf. Diss. II. in LL. N. T. histor. aliquot locos p. 54. & Rom. XV. 19. 1 Cor. XII. 11. §. 10. m). n). *singulari* auxilio suo etiam effecit (§. 9. d. 11. e), ut doctrina apostolica fidem, quam το πνευμα της αληθειας (Joh. XV. 26) eidem vellet (1 Joh. V. 6. §. 10. m) haberi, *re* etiam *vera* mereretur. v. Relat. Tubing. 1794. N. 17. p. 131 — 134. Hunc porro adjutorem non esse *ipsam Christi doctrinam* ejusque uberiorem perspicientiam, qua apostoli post reditum Christi in vitam & in coelum gavisi fuerint (cf. *Eichhornii* Allg. Bibl. der bibl. Litterat. T. IV. p. 290. ss.), vel ex eo intelligitur, quod ὁ παρακλητος cum a Christo, qui illam doctrinam tradidit (Jo. XVI, 13 — 15), tum ab apostolis (Matth. X. 20. Joh. XV. 26. f.), qui ejus uberiore cognitione post abitum Christi fuerunt instructi, ita discernitur, quemadmodum *Christi do-*

ctrina non poterat discerni. Nam si concedamus etiam, Christi doctrinam *eandem*, sed uberius explicatam atque firmatam, dici posse ΑΛΛΟΝ παράκλητον (XIV. 16), absurda tamen res foret, *copiose* (XVI. 13 — 15) *demonstrari* (cf. l. c p. 296. f.), *ipsam Christi doctrinam*, quamvis explicatiorem, non esse aliam a se atque diversam doctrinam (v. 13), eam *Christo* esse honori, quia *ipsius* doctrina sit (v. 14. f.). Quod si vero apostoli pro Jesu Christo, qui docuerat oretenus, novo, eoque non adspectabili, magistro posthac uti debebant, erat profecto, quod moneret Dominus, novum illum adjutorem ipsi conjunctissimum, neque igitur diversam ab institutione superioris magistri, sed consentientem cum ea doctrinam impertiturum esse. Deinde Matth. X. 20. apostoli, qui verba faciebant (οι λαλουντες), & doctrinam Christi defendebant (v. 19. Luc. XII. 11. XXI. 14), secernuntur a Spiritu Patris ipsorum, qui per eos verba faciebat. Quod fieri profecto non poterat, si defensio omnis pendebat unice ex *ipsis* doctrinae Christi uberiore cognitione praeditis. Et, nisi hoc ipso demum temporis puncto divinitus apostolis suppeditabantur (not. c), quae caussam dicturis essent opus, non apparet, cur supersedere jubeantur (Matth X. 19. Marc. XIII. 11. Luc. XXI. 14) *praemeditationis* labore. Nam doctrinae Christi nova & loco temporique accommodata meditatio non potuisset non paratiores reddere apostolos ad defendendam Christi doctrinam, quamvis optime cognitam. Qui tandem ο παράκλητος, a Patre mittendus, testimonium de Christo reddere poterat (Jo. XV. 26) *distinctum* ab eo, quod *apostoli pro sua*

doctrinae Christi notitia perhibebant ipsi (v. 27), si ὁ παράκλητος nihil aliud erat, quam ipsa doctrina Christi, quoad apostolis, de Christo testimonium dicentibus (v. 27), cognita erat post abitum Christi in coelum (v. 26. coll. XVI. 7)? Illud (cf. l. c. p. 300) certe metuendum non esse, ne divinitus adjuti apostoli nihil ipsi egisse putandi sint, sed apostolos ea, quae apud Christum cum ipsis versatum didicerant, non obstante auxilio Spiritus divini (XV. 26), sponte sua promsisse in medium (v. 27), supra (§. 9) ostendimus. cf. §. 11. e).

e) Verba: ου γαρ υμεις εστε (non: επειδη, cf. quoque Marc. XIII. 11.) οι λαλουντες, αλλα το πνευμα του πατρος υμων (εστι) το λαλουν εν υμιν, ad solum defensionis tempus, quo apostoli haud sua sponte, sed suppeditanda ipsis locuturi esse *jam ante* (v. 11. Matth. X. 19) dicebantur, revocare non audemus, sed videntur ea spectare ad *doctrinam universam*, atque superius promissum hac ratione subjecta confirmare, quod apostoli *universe* non tam (cf. Col. III. 23. not. 58) ipsi per se, quam per Spiritum sanctum doceant, & proinde, cum doctrina ipsorum (Marc. XIII. 9. f.) defendenda sit, non ipsi solliciti esse (v. 11. Matth. X. 19. Luc. XII. 11) debeant, sed divino Spiritui negotium, defendendi *suam ipsius* doctrinam per apostolos, hisve defensionem praeeundi (Matth. X. 19. Marc. XIII. 11. Luc. XII. 12. XXI. 15), tuto permittere possint. Ceterum Petrus quoque (1 ep. I. 12) mentionem facit doctorum N. T. (ευαγγελισαμενων), qui non tam ipsi, quam *per Spiritum sanctum*, coelitus missum (cf. Jo. XIV. 26. XV. 26. XVI. 5—7. Luc. XXIV. 49) h. e. eo ad-

jatore, ut doctrina posset ad ipsum auctorem referri (Jo. XVI. 8), docuerint.

f) De *priore* loco v. Diss. de notione regni coelestis p. 32. s. *Altero* loco *Christi legatos* (apostolos Jo. XIII. 16) *admittere* (λαμβανειν) idem dicit, quod *fidem apostolis habere* (V. 43. coll. 44. 46. s. 38), eos non rejicere, eorum dicta accipere (XII. 48), iis dicto audientem esse (Matth. X. 40. coll. Luc. X. 16). Utrique loco addi potest (§. 10. m). cf. Relat. Tubing. 1794. N. 17. p. 134) Joanneus 1 ep. IV. 6. (cf. über den Zwek Joh. p. 394) & Petrinus 1 ep. I. 23. qui apostolicae (v. 25 coll. v. 12) doctrinae salutarem vim ac *firmitatem* ab ejusdem origine *divina*, quod sit λογος ΘΕΟΥ (v. 23), ρημα ΚΥΡΙΟΥ, ευαγγελισθεν (v. 25) ΕΝ ΠΝΕΥΜΑΤΙ ΑΓΙΩ αποσταλεντι απ' ουρανου (v. 12), repetit.

g) Paullus Gal. II. 11. ss. non Petri *doctrinam*, sed *factum* aliquod (v. 14) reprehendit, quo Hierosolymitani quidam (v. 12), ab ipso Jacobo improbati (Act. XV. 24. cf. Diss. de cathol. epp. occas. & consilio not. 46), contra Petri & Paulli communem doctrinam, ne nunc quidem (Gal. II. 12. s.) a Petro mutatam, abuti poterant (Comm. in ep. ad Ebr. p. 458—461. *Michaelis* Anm. zu seiner Uebers. des N. T. P. III. p. 410. ss. P. II. p. 353.

h) v. über den Zwek Joh. p. 433. Annott. theol. ad philos. *Kantii* de religione doctrinam not. 318.

§. 10.

Paullus auctoritate se parem esse dicit cum

ceteris apostolis (1 Cor. IX. 1. 5. 2 Cor. XI. 5. XII. 11), utpote a Christo ipso (Gal. I. 1. Rom. I. 1. 5. 1 Cor. I. 17. 1 Tim. I. 11. s. Act. XXVI. 15—18. XXII. 10—15) praefectum officio legati (2 Cor. V. 20. coll. Jo. XVII. 18), huicque muneri obeundo idoneum redditum divina virtute (2 Cor. III. 5. s. Gal. II. 8. Eph. III. 7), cujus omnipotente (2 Cor. IV. 6. *a*) coll. Gen. I. 2. 3) efficientia doctrinae, quas nec Paulli, nec universe humanum ingenium excogitare potuerit (1 Cor. II. 7. 9. 11. Eph. III. 9. 10), nullius, nec apostoli antiquioris *b*), interventu (Gal. I. 11. s. 17), patefactae ipsi fuerint (v. 12. 16. 1 Cor. II. 10. 12. Eph. III. 2. 3. 5) & usque adeo inspiratae (2 Cor. V. 19. *c*), ut ipsam quoque veritatis patefactae enunciationem divinus Spiritus sua institutione moderaretur (1 Cor. II. 13 *d*). Idem vero Spiritus, qui incognita patefecit, si apostolum audimus, ipsi non minus quam ceteris (§. 9) apostolis (VII. 40. κἀγω. cf. IX. 1—3. 2 Cor. XII. 11), sic adjunctus fuit 1 Cor. II. 12. ἐλαβομεν), ut adesset ipsi ad omne munus docendi (cf. τα προς τον θεον Rom. XV. 17), itaque apostolus non in iis modo, quae proprie revelata erant *e*), divinitus doceret (2 Cor. V. 20. II. 17. εκ θεου *f*) 1 Thess. IV. 15. ὑ λεγω κυριω),

sed ea quoque, quae aliunde cognita esse poterant, quaeque pro illa notitia sua narrabat (e. c. 2 Cor. XI. 22 — XII. 18), statuebat (v. c. 1 Theff. IV. 3—7) & suadebat (1 Cor. VII. 12. 25. 40. 2 Cor. VIII. 8. 10. g), menti Christi, quam per (cf. Joh. XVI. 13—15) Spiritum (1 Cor. II. 12) acceperat, consentanea essent (v. 16), atque ad Dominum ejusve Spiritum referri possent (2 Cor. XII. 19. h) 1 Theff. IV. 2. 1 Cor. VII. 40) ab eoque, qui apostolum tanquam assiduus monitor ab istis rebus vel tractandis vel hoc certe modo exponendis revocaturus fuisset, nisi dicta probasset, auctoritatem (1 Theff. IV. 8. 2 Cor. II. 9. X. 6) & fidem (1 Cor. VII. 25. i) haberent. Quo etiam universe scripsit apostolus, Christum docere per ipsum (2 Cor. XIII. 3. k), suamque doctrinam non pro humana, sed pro divina habendam esse (1 Theff. II. 13) atque tenendam (2 Theff. II. 15. 2 Tim. III. 14). Esse vero Paullum in his rebus, quas ipse experiri ac sensu percipere potuit (§. 7. a), locupletem testem, cum ex ejus historiae, unde apostolica Paulli dignitas & ad munus gerendum necessariae (§. 9) dotes nexae sunt, manifesta fide l) tum (cf. §. 8) e miraculis (Act. XIII. 9 — 12. XIV. 8 — 11. XIX. 11. f. XXVIII.

3 — 10. XV. 12. cf. Rom. XV. 18.. f.) intelligitur, quibus Paullus testimonium de apostolica auctoritate sua (2 Cor. XII. 12) & doctrinam suam (Act. XIV. 3. *m*) 1 Cor. I. 6. f. cf. Ebr. II. 3. f.) tam luculente confirmavit, ut, audientibus adversariis, provocare ad ea posset (2 Cor. XII. 12. *n*) Gal. III. 5. cf. Ebr. II. 3. f.). Unde nec reliqui apostoli Paullum collegam suum numerare dubitarunt (Gal. II. 6—9. cf. 2 Petr. III. 15).

a) v. Notitias histor. epp. ad Cor. interpretationi servientes not. 190. & über den Zwek Joh. p. 494.

b) Cum Paullus non deberet a ceteris apostolis discere, sed, instar ceterorum (Act. I. 21. f. §. 9), testari, quae ipse vidisset ac audivisset (XXII. 14. f. XXVI. 16. 1 Cor. IX. 1); multa huic legato suo *coelitus* patefecit Dominus, (cf. οφθησομαι Act. XXVI. 16), quae reliquis, *cum in terris versaretur*, patefecerat. Exemplum vide 1 Cor. XI. 23. Ceterum e futuro, Act. XXVI. 16. expresso, intelligitur, praeterita XXII. 15. non superius modo, sed *futurum* quoque tempus spectare. cf. Joh. IV. 38. & Diss. I. in LL. N. T. histor. aliquot loca not. 50.

c) „Deus (θεμενος εν ημιν sc. ην, cf. Comm. in ep. ad Hebr. p. 409. f.) *inspiravit* nobis (v. *Kypke* ad Act. XIX. 21) doctrinam de recuperata per Christum gratia Dei."

d) v. citatas Notit. histor. not. 45.

e) Velut ea, quae Paullus de salutis nostrae au-

ctore Christo (ἐν Χριστῷ 2 Cor. II. 17. cf. v. 12. 14. f. III. 6— IV. 6. & Diss. cit. not. 190) præcepit, revelata ipsi erant (IV. 6 1 Cor. II. 7. ss. coll. v. 1. f.). Eodem loco habenda sunt (cf. Joh. XVI. 13) abdita rerum futurarum v. c. 1 Thess. IV. 15. ss. coll. 1 Cor. XV. 51.

f) Vocula ἐκ significat *auctorem*. cf. Joh. X. 32. cum XIV. 10. & V. 19. f. Adde l. c. not. 189.

g) v. *Kypke* ad 1 Cor. VII. 25.

h) v. citatas Not. histor. not. 152. ubi etiam locus XI. 17. explicatur, & in hanc partem accipitur: „sin minus impetrare ab animo vestro possitis, ut statuatis, me non desipere gloriando, saltem desipere sinite (v. 16). Quæ dico, *videar* (Obss. gr. p. 14.) n. 2.), quantum ad hanc gloriationem attinet, insipienter, non auctore Domino, dicere." Quamquam, si quis malit, contra quam versiculi 16. initium & locus XII. 19. volunt, veram insipientiam ideoque dictionem, *a Domino alienam*, intelligere, hic tamen ipse locus ostendet, Paullum *alias*, auctore & adjutore Domino, consuevisse dicere, quia necesse habuerit hæc dicta *tanquam extraordinaria* de reliquis eximere, & hanc ipsam exceptionem tam finite de ταυτῃ τῃ ὑποστασει της καυχησεως intelligi voluerit.

i) „Etsi non *jubeo* auctoritate Domini, suadeo certe *tanquam impertitus a Domino ea misericordia, ut certus sim*, h. e. tanquam is, cui, quamvis indigno, hæc misericordia adhibita est (1 Tim. I, 13), ut haberer pro certo homine, cui munus apostoli posset credi (v. 12. cf. Act. IX. 15), & ut pro illa expectatione Domini, ejusdem virtute adjutus (1

Tim. I. 12) etiam *sim certus*, doctor certus atque verax (II. 7. ἐν πίστει καὶ ἀληθείᾳ, cf. Col. I. 8. not. 12. Diss. in epp. Paulli min. aliquot loca not. 156), qui ergo nec consilium dabit, improbatum Domino."

k) Etiam Ebr. I. 2. XII. 25. Paullus *suam* (II. 3. u.) doctrinam declarat esse doctrinam *filii Dei*, cujus violatores propter *auctoris* (Filii Dei) magnitudinem (v. 1 n) gravissima poena teneantur (v. 3. XII. 25). cf. Neues Repert. für bibl. u. morgenl. Litterat. P. III. p. 337. not. 62.

l) Creatio hujus apostoli (1 Cor. XV. 8. f. IX. 1. Act. XXII. 10. 14. f. XXVI. 15—20) conjuncta erat (IX. 1—3. 21. XXII. 5. f. XXVI. 12. f.) cum rerum publice gestarum (XXII. 3—5. 19. 20. XXVI. 4. 5. 10. f. IX. 13.) ea conversione, quae non posset non ciere ipsius synedrii Hierosolymitani (XXII. 5) & aliorum attentionem ad tantae mutationis caussam (IX. 21. Gal. I. 23). Sed Paullus in ipsa urbe, unde cum sociis itineris publica auctoritate Damascum profectus fuerat, coram infesta multitudine de viso coelitus oblato exponere (Act. XXII) & ad ipsum synedrium, cujus jussu Damascum missus fuerit (v. 5), quodque ex comitibus apostoli cognovisse potuerit (v. 9. 11. cf. XXVI. 14), an idem, quem bene oculis videntem (XXII. 12. f.) conspiciant & saepius interea conspexerint, per visum oblatum luminibus vere captus fuerit, provocare nullus dubitat. cf. XXVI. 26. cum v. 9. ss. Adde *Michaelis* Annott. ad Act. IX. 7 p. 314 & supra (§. 8. f) laudatum librum: Zuschrift an eine Freundin &c. p. 256. ss.

m) cf. similem dicendi formulam, de reliquis (Marc. XVI. 14) apostolis v. 20. usurpatam. Facta, quae perspicue non erant in potestate hominum, argumento erant (§. 36. c), apostolos, quemadmodum dixerint, non esse relictos sibi ipsis, eumque nominatim (§. 8. h) auctorem, ad quem, praeeunte Christo (Jo. XIV. 12 — 14), miracula sua referebant (Act. III. 12. s. 16. IV. 7 — 10. 24. 30. IX. 34. 40. XIII. 11. XIV. 10 — 15. cf. Ebr. II. 4. Rom. XV. 18. s. & Marc. XVI. 20. Act. XIV. 3. XIX. 11), vere ipsos, quemadmodum dixerint (§. 9. e). f). §. 10), adjuvisse (1 Joh. V. 6. cf. über den Zweck Joh. p. 227).

n) Addi possunt dona extraordinaria (1 Cor. XII. 8 — 10. cf. Neues Repert. für bibl. u. morgenl. Litterat. P. III. p. 295. ss.), quae inter Corinthios, ipsius procuratione (l. c. p. 346.), viguisse, Corinthiis ipsis, nullam adversae partis contradictionem metuens, apostolus scribere non dubitat (c. XIV).

§. 11.

Quod si in doctrina apostolorum auctoritas divina est (§. 9. 10), eandem *scripta* quoque *apostolorum* (§. 2. 3) habebunt. Nam & consuetudo loquendi fert, ut verba λαλεῖν (Matth. X. 20. 1 Cor. II. 13. 2 Cor. II. 17. XIII. 3), παρακαλεῖν (V. 20) & similia (§. 9. 10) ad doctrinam literis consignatam non minus pertineant (XI. 17. XII. 19. Act. XXVI. 22. 2 Petr. I. 20. s. Ebr. XIII. 22. 2 Cor. X. 11. Act. XV. 15),

quam ad prolatam ore (cf. §. 13. a), & res ipsa loquitur, nihil inter utramque differre *a*), nisi quod illa perennaret diutius, nullamque prorsus caussam fuisse, quamobrem apostolos, cum scriberent, vel sapientia deficeret *b*), quam ex pristina consuetudine cum Domino aut e Spiritus, ab ipso cœlitus missi, patefactione hausissent, vel assiduus monitor destitueret *c*), qui docentibus alias praeesse soleret. Sed scriptiones nominatim quoque legimus confectas esse si non expresso jussu *d*), certe singulari virtute *e*) Domini. Veluti Paullus ea, quae per scripturam complectebatur, ad auctorem Dominum ita referri volebat *f*), ut diserte moneret lectores (2 Cor. XI. 17. §. 10. h), si quando tantisper vellet permittere, ut *epistola*, ab ipso profecta, *quoad certam gloriationem* (c. XI. f.) *contineret* (εν ταυτη τη υποςασει της καυχησεως), non videretur divinitus praecipere.

a) Vide 2 Thess. II. 15.

b) Secus fuisse, intelligimus ex 1 Joh. I. 1 — 3. (cf. über den Zwek Joh. p. 384—387) & Eph. III. 8. f. cf. 2 Petr. III. 15.

c) Contrarium vide 1 Cor. VII. 40. ubi sententia, *scripto* (v. 25. ss.) declarata, ab eo ferri dicitur, qui Spiritum Dei, quemadmodum ceteri apostoli, monitorem habeat.

d) Velut Joannem visa & audita in literas referre jussit Dominus (Ap. I. 11. cf. Jerem. XXXVI.) totumque librum declaravit esse suum (Ap. XXII. 18 — 20): cf. Neue Apol. der Offenb. Joh. p. 361. ss. Sed ea etiam scripta, quae a Domino proprie mandata non fuerant, apostoli haudquaquam injussu Domini, sed muneris, universe mandati, auctoritate (Rom. I. 5. f. cf. XV. 15. f.) condiderunt.

e) Qualem opem intelligamus, supra (§. 9. 10) indicavimus. Apostoli; seu ore seu per literas docuerunt, ipsi omnino cogitarunt & cogitata sua elocuti sunt. Sed expositio non tam apostolorum, quam Dei ipsius expositio habenda est (§. 9. e); §. 10. h). k), quod doctrinae ipsae magnam partem, si non eodem tempore, quo voce aut scripto exponebantur, certe antea vel a Christo, cum in terris versaretur, vel a Spiritu divino patefactae fuerant, & singulis quoque apostolorum orationibus atque scriptionibus monitor assiduus ita praefuit, ut, memoria defectos admonendo (Joh. XIV. 26), errantes vel ignorantes docendo (v. 26. XVI. 13), caveret, ne vel omitterent, quae Spiritus divinus dici vellet, vel doctrinas, a Domino acceptas, minus recte eloquerentur (§. 10. d) vel earum expositioni admiscerent falsum, quod universi sermonis fidem imminuere & auctoritatem divinam in dubium vocare posset. Exemplum notionis, quam ipse orator nondum assecutus fuerat (Act. X. 20. 28. f. 34. f. cf. 1 Petr. I. 10 — 12.), sed divinus Spiritus *interloquendum* suscitavit, Act. II. 39. legimus, de quo loco *Bengelii* Gnomonem consuli velim. Apostolis vero tanquam certis (§. 10. i) doctoribus, quorum

effatis ceu divinis niti oporteret auditores atque lectores (1 Theff. II. 13. IV. 8. 2 Theff. II. 15), ad eas quoque doctrinas, quae jam alio tempore patefactae vel aliunde cognitae fuissent, recte efferendas moderamen Spiritus potuisse saltem haud raro necessarium esse, exemplo prophetarum Tyriorum patet, quibus passim quidem (1 Cor. XIV. 30) divinitus aliquid patefiebat, sed divinus Spiritus non perpetuo tanquam assiduus monitor adjunctus fuerat (v. 29. XII. 10. cf. Nov. Repert. P. III. p. 331. sq. & *Michaelis* ad Thren. II. 8. 9.). Ii enim rem, per se veram (Act. XX. 23. XXI. 11), admixto voto (v. 12) & consilio suo, quod cum re divinitus patefacta cohaerebat, minus accurate elocuti sunt (v. 4. coll. *Kypkio* ad XX. 22). Quod idem ne apostolis usu veniret, assiduus monitor eos ab usurpanda formula, ex incerti cogitati accessione nata, dubio contra hanc cogitationem movendo, prohibere sicque impellere potuit ad quaerendam aliam dicendi formam, ipsorum consuetudini non minus consentaneam, sed veritati ac consilio Spiritus divini convenientiorem. Ex quo intelligitur, in ipsis etiam divinitus patefactis rebus suo cujusque apostoli proprio cogitandi & loquendi modo locum relinqui potuisse (cf. Diss. de cathol. epp. occas. & consilio p. 11), etiamsi divinus Spiritus falsas notiones ex iisque pendentes formulas dicendi rejicere docuerit (v. supra §. 10. d). Ceterum facile patet, nihil ad fidem differre, utrum divinus Spiritus apostolis docentibus atque scribentibus praefuisse, an vero dicenda etiam dictasse putetur. Sed hoc posterius non potest aptari ad genus dicendi & universam

for-

formam librorum apostolicorum. v. *Toellnerum* l. c. §. 59—65. *Planckii* Einl. in die theol. Wissensch. P. I. p. 404—409. *Crusii* Theol. proph. P. I. §. 42. n. 17—20. *Koeppen* in libro: die Bibel ein Werk der göttl. Weisheit P. II. p. 397. & *Roosii* Beweis dass die ganze Bibel von Gott eingegeben sey p. 139. 100. f.

f) cf. etiam κατὰ Θεὸν 2 Cor. VII. 9 — 11. cum v. 8. & Notit. histor. epp. ad Cor. interpr. servientes p. 93.

§. 12.

Marci & *Lucae* scriptis (§. 2), in quae superior argumentatio (§. 9 — 11) non valet, caussae, §. 5. allatae, *fidem* historicam conciliant, sed *divinam* quoque auctoritatem propterea *a*) videntur habere, quod Marci evangelium a *Petro apostolo*, quo auctore & adjutore scriptum fuit (§. 5. a), Lucae vero bipartitum (Act. I. 1) opus a *Paullo b*) *apostolo*, ad quem pars altera scripti cum maxime pertinuit, haud dubie lectum & probatum fuit, tandemque etiam *Joannes apostolus* & Marci & Lucae evangelium *conjuncte pariterque cum suo & Matthaei apostolico c*) *evangelio* in manibus christianorum esse voluit *d*).

a) v. Matth. XVI. 19. & *Toellnerum* l. l. §. 10.

b) v. über den Zwek Joh. p. 278.

c) Qui dubitant (cf. *Michaelis* Dogmatik p. 104. 125. Uebers. des N. T. P. I. Praef. p. 33), an ipsorum quoque *apostolorum* evangelia, quatenus *facta* referunt, fidem & auctoritatem *divinam* habeant; ii certe non debent urgere locum Jo. XIV. 26. *Dicta* enim Christi non eo memorantur diserte, quo facta excludere Dominus voluerit, sed quod novi nec discessuri (v. 16) magistri *doctrinam* cum *sua* conjungere & significare voluit, hanc illius basin & summum utriusque consensum fore (XVI. 13—15). Ceterum qui *omnia* (XIV. 26) docere apostolos debebat, quibus ad munus recte administrandum opus esset, is *docebat* quoque *historiam* Jesu, quoad minus recte cognita & pro muneris ab assiduo monitore secundandi (§. 9) ratione tradenda erat. Doctrinae vero apostolicae nobilem partem numerari debere (1 Cor. XV. 3—7. cf. §. 5. f). & *Hessii* Biblioth. der h. Geschichte P. I. p. 213. s. 98. 111. ss. 236. s. 246. ss.) *historiam* Jesu, insigni testimonio est *Joannis* evangelium, quod historica factorum expositione confirmat & defendit apostolicam *doctrinam* (v. über den Zwek Joh. §. 1. 7. 72—74), & simul historicum (l. c. Sect. I. c. II), simul *dogmatico-polemicum* (l. c. c. I.) est. Accedit, quod *universae* scripturae V. F. quae magnam partem *historica* est, & qua profecto apostolici libri non sunt inferiores (Matth. XI. 9—11. 2 Tim. III. 14. s. cf. *Michaelis* Dogm. p. 126), *divina* fides tribuitur (§. 13).

d) v. über den Zwek Joh. §. 70. 71. Joannem vero, cum suum evangelium scriberet, reliqua tria ob oculos habuisse, eaque cum suo conjungi vo-

luisse (l. c. §. 52. 53. 70), etiam nunc defendimus. Dubitatio certe, quae in XIV. Parte operis: Beyträge zur Beförd. des vern. Denkens in der Relig. p. 10. & in libro: Versuch einer Beleuchtung der Gesch. des jüdischen und christlichen Bibelkanons T. II. p. 192. affertur, sublata esse videtur in Diss. de cathol. epp. occasione & consilio not. 125. ut taceamus, esse etiam, ubi dissensionem, quae inter reliquos evangelistas videatur esse, omnino composuerit Joannes (v. über den Zwek Joh. p. 240. & *Michaelis* Annott. vernaculas ad Joh. XVIII. 25).

§. 13.

Eandem ob caussam, hoc est (§. 12. a), propter approbationem, a doctoribus professtam, in quorum testimonio divinam auctoritatem esse constat, etiam *veteris foederis scripta a) divinam auctoritatem habere* confidimus. Quod si enim Jesu & apostolorum ea, quam §. 6—11. defendimus, auctoritas admittitur, his magistris, ut in aliis quibusque (§. 6. 9. 10) dictis, ita etiam in pronunciatis de V. F. libris *b*) simpliciter fides habenda est. Atqui Jesus & apostoli non modo legem Mosaicam ad Deum auctorem referunt (Matth. XV. 4. Marc. VII. 9. f. 13. 1 Cor. IX. 8. f. *c*), sed & alias librorum Mosaicorum partes habent fide dignas (Matth. XXII. 31. f. Joh. III. 14.

1 Cor. X. 1—11), etiam in rebus ante Mosen gestis (Matth. XIX. 4—6. Act. III. 25. Rom. IV. 2—24. add. 1 Tim. II. 13. s. 1 Cor. XI. 8. s. 1 Petr. III. 20. cf. 2 ep. II. 5—7. Ebr. VI. 13. s. XI. 3—22), easque sumunt scriptas esse singulari procuratione (Gal. III. 8. *d*) Rom. IV. 23. s. 1 Cor. X. 11) & gubernatione (Gal. III. 16. IV. 21. *e*) Dei adjuvante. Deinde, tum in libris Mosaicis (Jo. V. 39. *f*) 46. XIX. 36. cf. Ebr. X. 7. a), tum universe (§. 14. a) in scriptis Judaeorum sacris (Matth. XI. 13. Act. XIII. 29. 32—35. XXVI. 22 s.), inesse statuunt, quae non (1 Petr. I. 11. cf. 2 ep. I. 21) proprio hominum ausu & ingenio *ff*), sed divinitus (Act. III. 18. 21. 1 Petr. I. 10—12. Rom. I. 2. Matth. XXII. 43. Act. XXVIII. 25. cf. 2 Petr. I. 21. Ebr. X. 15. Matth. I. 22) praedicta, eaque de caussa (Act. II. 30. s. cf. 2 Petr. I. 20. 21. *g*) certissima sint (Luc. XXIV. 25—27. 44—46. XXII. 37. Matth. XXVI. 54. Act. II. 24—31). Sed, praeter vaticinia (Luc. XVI. 17), quae his libris insunt (v. 16. coll. Matth. XI. 13), moralis v. c. eorum doctrina universa (Matth. V. 17—19. *h*), itemque loci, in narratione versantes (Matth. XII. 3. s. 42. Luc. IV. 25—27. Rom. XI. 2—4. Act. XIII. 20—22. cf. Ebr. XI. 30—34), uno

verbo, sacrae Judaeorum literae in universum, sive praenuncient, sive doceant, sive narrent, pro veris utique *i*) & tanta fide dignis, ut ipso etiam modo enunciandi tanquam certissimo niti liceat (Jo. X. 34—36. Matth. VIII. 17. *k*), sumuntur (Luc. XVI. 29—31. Act. XXIV. 14. 2 Tim. III. 14. s.) propterea, quod referre eas liceat ad Deum (v. 16. *l*).

a) Cum hoc exemplo pateat, divinam auctoritatem a Jesu & apostolis etiam *cum scriptis* communicari consuevisse; tanto magis incredibile videri debet, Jesu promissa (§. 9) & apostolorum testimonia (§. 9. e). f). §. 10), *exclusis libris literisque*, in reliquos apostolorum sermones *solos* valuisse (cf. §. 11). Et ipsa adeo aetate apostolorum scripta N. T. eodem, ac scriptura V. F. loco habebantur. Veluti Jacobus II. 8. (cf. Diss. in Ep. Jac. not. 62) *evangelicum* & IV. 5. (cf. Diss. de epp. cathol. occas. & consilio §. III. & not. 48) *Paullinum* scriptum τη γραφη, *Polycarpus* vero, aequalis Joanni apostolo (v Neue Apol. der Off. Joh. p. 179), *epistolam* Paulli *ad Ephesios* (IV. 26) juxta cum libro Psalmorum (IV. 5) *sacris literis* adnumeravit (Ep. ad Philipp. §. XII).

b) Qui Jesum & apostolos in hac parte, ut in aliis, orationem accommodasse putant auribus auditorum, de sacris Judaeorum libris magnifice, *sed falso* existimantium; hi non modo temere statuunt, sed contra leges interpretandi communes (v. Allgem. deutsche Biblioth. T. LXXXIV. p. 196) eam-

que, quam Jesu & apostolis concedere cogimur (§. 6—11), auctoritatem ac fidem repugnant. (v. Diss. de sensu historico §. IX—XXI. Comment. in ep. ad Hebr. P. II. §. 10. Vertraute Briefe die Religion betreffend Ep. V. p. 159. ss. ed. 3. (*Haussii*) Bemerkungen über die Lehrart Jesu 1788. *Heringa* über die Lehrart Jesu u. seiner Apostel. Offenbach 1792. Schrift und Vernunft für denkende Christen von D. *Baumgarten-Crusius* T. I. p. 204. ss. cf. etiam *Planckii* Einl. in die theol. Wissensch. P. I. p. 401. f.). Deinde Jesus, separatim cum apostolis (Matth. XXVI. 24. 31. Luc. XXII. 37. XXIV. 44—47), imo cum Patre (Jo. XVII. 12) agens, & Paullus, ισοψυχῳ (Phil. II. 20—22. 2 Tim. I. I. 10. f.) Timotheo suo ipsisque vehementioribus *Judaismi adversariis* (v. Notit. hist. epp. ad Cor. interpr. serv. §. IX) scribens (2 Tim. III. 15. ss. 1 Cor. IX. 8—10. 1—11. XV. 21. 34. XV. 3. f. 25—27), non secus sentiebant, atque alias.

c) „Lex Mosaica *non humanitus* (κατα ανθρωπον v. 8. cf. Gal. I. 11. cum v. 12. & *Kypke* ad 1 Cor. XII. 8), sed *divinitus* (IX. 9) edixit" cf. quoque Ebr. II. 2. q). IX. 8. t). p. 158.

d) „*Auctor scripturae* (Obss. gr. p. 15) prospiciens, οτι εκ πιστεως δικαιοι τα εθνη ο θεος (ipse, cf. 1 Cor. I. 21. Obss. gr. §. XXIII. & *Arrianum* apud *Raphelium* ad 2 Tim. I. 18), prædixit Abrahæ: οτι ενευλογηθησονται εν σοι παντα τα εθνη." Ergo *auctor scripturae idem* est, *qui ista* (Gen. XVIII. 18. XII. 3) *praesignificavit Abrahae*, i. e. (v. 1. XVIII. 17) *Deus*.

e) v. Commentat. de protevangelio p. 19. not. f).

& Prol. in ep. ad Hebr. p. LXIX. cf. Ebr. VII. 3. not. o).

f) cf. *Sextro* Exposit. sermonis Jesu Joh. V. 39. coll. 46. 47. Helmst. 1792. p. 29. s.

ff) Suas conjecturas suique ingenii commenta ad Deum referre, *falsi* prophetae proprium vitium veroque propheta & legato Dei indignum existimabatur etiam ab antiquis (Num. XVI. 21. Jerem. XXIII. 16. 21. 25. sq.).

g) Praedictiones scripturae *ideo* non potest quisquam *irritas reddere* (v. 20. cf. Diss. de cathol. epp. occasione & consilio p. 27. s.), quia (γαρ v. 21) non humano studio, sed *per divinum Spiritum* editae fuerunt.

h) v. Diss. I. in LL. N. T. historic. aliquot loca p. 19. s.

i) *Veritatis* contrarium est (v. *Kypke* ad Joh. X. 35) το δυνασθαι λυθηναι, quod l. c. de *scriptura universe*, quemadmodum 2 Petr. I. 20. (not. g) de *vaticiniis* proprie, negatur.

k) v. über den Zwek der evl. Gesch. Joh. p. 468. s. *Roosium* l. c. p. 74. & de altero loco Comm. in ep. ad Hebr. p. 481. s. Adde supra not. e). & 1. Cor. XV. 27. cf. Ebr. II. 7—9. IV. 3. h). 6. l). V. 6. l). VII. 17. y). VIII. 13. & Matth. I. 22. apud *Lowthium* atque *Koppium* in Esaiam T. II. p. 136—138.

l) Sive θεοπνευστος pars *praedicati* habeatur, *tota scriptura* (γραφη, cf. 2 Petr. I. 20), aut, si mavis, *scriptio quaeque*, ad ιερα γραμματα, ante (2 Tim. III. 15) memorata, pertinens, *unaquaeque των ιερων γραμματων pars*, quae, cum scriptura (η γραφη Joh. X. 35.

XVII. 12) etiam *plurium numero* vocetur αἱ γραφαὶ (V. 39. Matth. XXI. 42. XXVI. 54. Rom. XV. 4. 1 Cor. XV. 3. f.), ipsa quoque singulatim γραφὴ nomine appellari poterat (Jo. XIX. 37), *diserte* θεόπνευστος esse dicitur; sive θεόπνευστος ad *subjectum* trahatur, θεόπνευστον quodque scriptum etiam ad docendum &c. utile esse *hoc ipso consilio* dicitur, ut confirmetur, *sacras literas, quas Timotheus a puero noverat*, i. e. (Act. XVI. 1. coll. 2 Tim. I. 5) sacros *Judaeorum* libros, qui hoc nomine τῶν ἱερῶν γραμμάτων appellari consueverant (cf. *Krebsium* & *Loesnerum* in III. 15), usus illos (v. 16. f.) habere, seu (v. 15) reddere aliquem posse sapientem, respectu (cf. Col. IV. 11. not. 89) salutis, quae obtingat per (διὰ pro τῷ διὰ, cf. Diff. I. in LL. N. T. histor. aliquot loca not. 42) fiduciam, in Christo Jesu collocatam. Ergo *sumitur* certe, τὰ ἱερὰ γράμματα (2 Tim. III. 15) esse ΘΕΟΠΝΕΥΣΤΑ, *ideoque* (v. 16) etiam posse σοφίσαι εἰς σωτηρίαν (v. *Toellnerum* l. l. p. 220. ss. & *Jac. Cappellum* in 2 Tim. III. 16). Seu porro vox θεόπνευστος nata sit ab usitata formula πνεῦμα θεοῦ, dicatque libros, ἐν ΠΝΕΥΜΑΤΙ θεοῦ, h. e. per divinum *Spiritum* scriptos (cf. *Mori* Epit. Theol. christ. p. 31. ed. 2), quemadmodum θεόχρηστα λόγια apud *Philonem* de legat. p. 1022. ed. Francof. sunt oracula, ἃ χρησμῷ θεοῦ edita; sive, ut ἄπνευστος est *qui non spirat*, ita vocabulum θεόπνευστος idem valere censeamus, quod *spirans Deum, plenus Deo* (cf. *Kypke* ad Act. IX. 1): scripta θεόπνευστα sacrive Judaeorum libri (τὰ ἱερὰ γράμματα) certo quodam modo *referuntur ad Deum*. Modum vero ipsum, quo ad Deum pertineant, contextus (2 Tim. III. 14. f.) ex-

plicat, qui Timotheum jubet, quantumvis alii deflectant a veritate (v. 13), tenacem esse (cf. εμμενειν apud *Josephum* L. I. contra Apion. §. 8. T. II. Opp. p. 442. & Diss. I. in LL. N. T. histor. aliquot loca not. 144) eorum, quae didicerit & quorum ipsi *fides facta* fuerit (cf. *Scultetum* & *Loesnerum* ad v. 14). Doctrinae christianae, quam a Paullo didicerat, fidem ipsi factam fuisse, duabus rationibus confirmatur, quas discernit verbum ειδεναι, primum in participio (v. 14), tum (v. 15), structura mutata (cf. Joh. II. 24. f. Act. XIV. 22. Ebr. II. 17. t), per οτι subjunctum. *Prior* caussa fidei, quam doctrina, Timotheo tradita, habere debeat, sita est in *Paulli*, quo magistro Timotheus usus fuerat (2 Tim. I. 13), *auctoritate divina* (§. 10), de qua Timotheo, si cui alii, constare debebat, cum & miraculorum Paulli interior spectator fuisset, & mores ejus, ab auctoritate divina vel ementienda vel somnianda pariter abhorrentes, summo usu cognovisset (III. 10. f.). *Altera* caussa, quae doctrinae Paulli de salute per fiduciam Jesu Christi adipiscenda fidem conciliare debebat, illa erat, quod *sacri Judaeorum libri* (τα ιερα γραμματα) ipsam hanc salutarem notitiam (σοφισαι) Timotheo & per ipsum aliis persuadere (doctorem σοφισαι III. 15) poterant. Sed literae sacrae, quae a teneris annis Timotheo innotuerant, doctrinae Paullinae *firmamentum* (πιστις v. 14) ejusque tenendae (τα' μαινε εν οις εμαθε) caussa, ab ea, quam serius (non απο βρεφος) agnoverat, doctoris apostoli auctoritate diversa, apud Timotheum non potuerunt esse, nisi Paullinae similem, h. e. *divinam* (§. 10), *qua confidere liceret, auctoritatem* de

apostoli sententia habuerunt. Quod si enim doctrina Paulli, si non publica, certe interior sacris Judæorum libris divinam auctoritatem vel omnino negasset vel concessisset tantum ex aliqua parte, quam Paullus nova & Judæis inusitata consuetudine designasset ut firmiorem ceteris; qui tandem apostolus ad commendandam perseverantiam in sua doctrina, literarum Judæis sacrarum consensione ut *antiquiore & ab ipsius auctoritate sejuncto firmamento* uti potuisset *adversus Timotheum*, qui, ut Paulli doctrinam & rationem omnem (v. 10. f. §. 13. b) accurate cognoverat, ita etiam scire debuisset, librorum Judæis sacrorum auctoritatem Paulli sententia consuevisse sic imminui, ut nulla prorsus esset, nisi quoad ipso demum Paulli judicio allata & veluti recens data fuerit? Ergo Paullus V. F. libros ad Deum referri (θεοπνευστους censeri) voluit hactenus, ut *a Deo* haberent *auctoritatem & fidem*, sive scriptoribus ipsis, nunc patefaciendo incognita, nunc gubernando & moderando scriptionem, Deus adfuerit (cf. §. 11. e), sive certorum auctorum scripta saltem (cf. §. 12) per legatum aliquem veterem probaverit. Atque hæc θεοπνευστιας notio eadem est, qua Timothei ætate omnes disciplinæ judaicæ alumni a pueris imbui solebant. Nam, *Josepho* auctore (l. c.), πασι ΣΥΜΦΥΤΟΝ ἠν εὐθυς ἐκ ΤΗΣ ΠΡΩΤΗΣ ΓΕΝΕΣΕΩΣ ἰουδαιοις το νομιζειν τα ἰδια γραμματα (XXII. libros, l. c. p. 441) ΘΕΟΥ ΔΟΓΜΑΤΑ. Idem scriptor. (l. c. p. 441) negat moris fuisse Judæorum, ut libris aliis *similem* (ὁμοιαν), atque istis, *fidem* tribuerent. Singularem vero, quæ sacris literis haberi posset, fidem a *divina* auctoritate pendere visam

esse, ostendit caussa, propter quam reliquis libris similem fidem negat *Josephus*, quod nempe defuerit η των ΠΡΟΦΗΤΩΝ ακριβης διαδοχη, qua vero opus fuisset, si constare deberet, libros istos a prophetis, ergo (cf. *Morum* p. 21 f.) *divinitus* scriptos aut probatos, eoque nomine *divina auctoritate* (θεε δογματα) esse. *Usum* denique varium, quem Paullus 2 Tim. III. 16. f. praedicat, scripta V. F. θεοπνευςα praestare omnino posse, facilius intelliget, qui perpensum habet, non a quovis christiano, sed a *doctore* (τον τε θεε ανθρωπω, cf. *Loesnerum* in v. 17. *Fleischmann* ad 1 ep. VI. 11. not. 44. & *Zachariae* bibl. Theol. P. I. p. 22. f), qui ad omnes res suas praeclare obeundas paratus esse velit (2 Tim. III. 17), postulari, ut librorum V. F. universorum (v. 16) ampliore scientia & facultate utendi illis ad firmandam atque commendandam (v. 16) doctrinam apostolicam (v. 14) de salute per fiduciam Jesu Christi obtinenda (v. 15), instructus sit. Et sane doctori christiano scriptura V. F. ut quisque in ejus intelligentia plurimum profecerit, ita maxime prodesse potest tum ad persuadendam melioribus Judaeis doctrinam christianam (cf. Act. XVII. 11), tum ad defendendam eam contra morosos Judaeos (XVIII. 28. Tit. I. 10. ss.), in quo utroque (cf. etiam v. 9) negotio (διδασκαλια & ελεγχω *Judaeorum*) *Timothei aetate* christiani doctores inprimis versari debebant, tum vero universe ad doctrinam Jesu & apostolorum perfectius intelligendam & confirmandam. Etenim hodie quoque, tametsi V. F. libris auctoritatem apud nos potissimum conciliet ipsius Jesu & apostolorum auctoritas, tamen ad hanc ipsam no-

va ratione commendandam & Christi Jesu fiduciam (2 Tim. III. 15) alendam atque provehendam illud quoque potest valere, quod libris istis, qui certe Jesu & apostolorum ætate multo antiquiores sunt & communi Judæorum, quamvis hostium christianæ doctrinæ, usu pro sacris & divinis recepti fuerant, ejusmodi historiam, dicta & instituta tradi videmus, quæ rebus Jesu in antecessum apta erant huicque velut eminus spectabant atque tendebant. Neque vero ea tantum, quæ *de Christo Jesu* proprie docemus, sed alia quoque multa doctrinæ christianæ capita e scriptura V. F. egregie possunt illustrari, partim etiam in N. T. quod ex antiquioribus literis sacris ea jam cognita esse sumit, attinguntur potius quam pertractantur. Gravissimæ nominatim doctrinæ de providentia Dei luculentissimum exemplum proponit Judaicæ gentis historia, in libris ejus sacris inde a capite repetita & per longam annorum seriem ita continuata, ut divinam rerum humanarum conscientiam in iisque vel permittendis consilium vel gubernandis curam & efficientiam Dei prophetarum expressa significatione & virtutis divinæ conspicuis documentis declaret (cf. *Hessii* Biblioth. der heiligen Gesch. P. I. p. 17. ss.). Sed præter sensus, fiduciæ Christi Jesu conjunctos (§. 121. a). b)), quos διδασκαλια (v. 16) gignere & fovere debet, vitiorum quoque, cum salutari illa fiducia pugnantium, emendationem (επανορθωσιν, cf. *Loesnerum* in v. 16) & institutionem ad probitatem (παιδειαν την εν δικαιοσυνη), laudatæ (v. 15) fiduciæ consentaneam (§. 119 - 121), scriptura V. F. cum per præcepta & cohortationum varias formas, tum

per exempla, haud raro cum expressa divini judicii significatione proposita (1 Cor. X. 5 — 11. cf. Ebr. III. 15 — IV. 11), juvare plurimum potest. De usu librorum V. F. *morali Reinhardus* (in libro de vi, qua res parvæ afficiunt animum, in doctrina de moribus diligentius explicanda p. 60. ss.), de ceteris usibus *Wizenmannus* (in der Gesch. Jesu nach dem Matthäus als Selbstbeweis ihrer Zuverlässigkeit betrachtet n. I. p. 3. ss.) lectiora quædam observarunt. De *universa* librorum eorundem utilitate plura persecuti sunt *Hessius* tum in scripto: *von dem Reiche Gottes*, tum in latiori opere: *Geschichte der Israeliten vor den Zeiten Jesu*, tum denique in scriptionibus: *Wichtigkeit und Annehmlichkeit des bibl. Geschichtsstudiums* (Biblioth. der h. Geschichte P. I. p. 78. ss.), *Koeppen* l. l. Sect. II. C. 2. 3. P. I. p. 133. ss. & *Jacobi* in libro: Abhandlungen über wichtige Gegenstände der Religion n. XVI. P. III. p. 109. ss.

§. 14.

Quae vero *nominatim scripta* Jesu & apostolorum ætate των ιερων γραμματων (2 Tim. III. 15), τε νομε και των προφητων (Act. XXIV. 14. Luc. XVI. 29. 31. Matth. V. 17. *a*), brevius: τε νομε v. 18. Luc. XVI. 17. Jo. X. 34. *b*), & της γραφης (v. 35) nomine appellari consueverint, eoque nomine a Jesu & apostolis (§. 13) tanquam divinæ auctoritatis scripta probata fuerint, majore *c*) ex parte ipso librorum N. F.

testimonio patet. Nam praeter *Mosaica d*) scripta (Act. XV. 21.), de quibus §. 13. nominatim vidimus, ipsaque formula: ὁ νόμος καὶ οἱ προφῆται (XIII. 15) testimonio esse potest, diserte in sacrarum Judaeis & divinarum scripturarum numero referuntur *Josuae* & *Judicum* (Ebr. XI. 30 — 34. Act. XIII. 20. *e*), *Samuelis* (Matth. XII. 3. 4. Ebr. I. 5. *f*) & *Regum* libri (Rom. XI. 2. g), *Daniel* (Matth. XXIV. 15. Ebr. XI. 33. f.) & *Iobus* (1 Cor. III. 19. *h*), *Esaias* (Luc. IV. 16. ss. Act. VIII. 30 — 35. Joh. VI. 45. XII. 41. 1 Cor. XIV. 21. Rom. III. 15 — 19. X. 11 — 21. 1 Petr. II. 6), *Jeremias* (Ebr. X. 15), *Hoseas* (Rom. IX. 25), *Joël* (Act. II. 16), *Amos* (Act. VII. 42. XV. 15), *Jonas* (Matth. XII. 39 — 41), *Michas* (Joh. VII. 42. cf. Matth. II. 5), *Habacuc* (Act. XIII. 40), *Zacharias* (Matth. XXI. 4. Jo. XIX. 37), *Malachias* (Marc. I. 2), *liber* (Luc. XX. 42. Act. I. 20.) *Psalmorum* (Matth. XXI. 42. Luc. XXIV. 44. f. Jo. XIII. 18. Rom. III. 10 — 14. 18. 19. cf. XV. 3. f.) & *Proverbia* (Jac. IV. 6. *i*), quibus tum *reliquos IV. prophetas minores* tum *Ezechielem* idcirco addere licet, quod jam ante Jesum *ii*) cum Esaia & Jeremia Ezechiel quoque in librum prophetarum (Act. VII. 42. *k*) referri (Sirac. XLVIII. 22. XLIX. 6. 8) &

minores prophetae *duodecim* numero censeri solebant (v. 10. *l*). Cetera vero scripta, quae nostri cum Judaeis praeterea sacris literis annumerant, Jesu etiam & apostolorum aetate inter sacras scripturas censeri consuevisse, aequalis illorum temporum *Josephus* testatur, qui L. I, contra *Apionem* §. 8. (T. II. p. 441. f.) *viginti duos* libros, dispertitos in tria, quae ipsa Lucas (XXIV. 44. *m*) similiter definit, genera, ab omnibus *n*) Judaeis in numero sacrorum & divinorum habitos fuisse scribit. Quod si vero numerum, a *Josepho* delatum, usitato veteribus *o*) computandi more velimus efficere, totidem scripta requiruntur, quot super nominata Judaei hodie inter sacra numerare solent, quae etiam ipsa maximam *p*) partem a *Josepho* alias pro sacris usurpata fuisse constat *q*). *Quales* denique *a Jesu & apostolis* inventi atque *probati fuerint*, *tales* etiam hodie libros V. F. esse, nullamque eorum ex approbationis tempore mutationem factam fuisse, quae ad summam textus pertineret, praeter locos in N. T. aut a *Philone* & *Josepho* usurpatos, eosque nostro textui in summis rerum (cf. §. 4. b) satis convenientes, eaedem rationes persuadent, quas supra (§. 4) in simili caussa attulimus.

a) Hanc formulam, pro qua etiam breviores ο νομος (not. b) & οι προφηται (Nov. Repert. P. II. p. 240. ss.) usurpantur, τα ιερα γραμματα (την γραφην) universim significare, l. c. p. 238. s. ostendimus.

b) l. c. p. 244. s.

c) Ii certe libri, quorum auctoritate in tradendis & suffulciendis doctrinae christianae capitibus non facile poterimus carere, & multo etiam plures, quam quibus ad hoc consilium persequendum opus est, inter sacras literas nominatim referuntur in libris N. T. quorum pars αντιλεγομενη hoc quidem loco (cf. §. 15. a) pari cum scriptis ομολογουμενοις jure est, quia librorum αντιλεγομενων auctores, quicunque demum sunt, ipsa certe apostolica aut proxima aetate scripserunt, itaque non minus, quam auctores ομολογουμενων scriptorum, aut *Josephus* etiam ac *Philo*, potuerunt testimonium dicere, quinam libri illa aetate in sacrorum Judaeis librorum numero fuerint.

d) *Quinque* (v. *Josephum* T. II. p. 441) Mosis libri singillatim *quisque* laudantur, ut Rom. IV. 3. 17. s. Gal. III. 8. IV. 21. ss. *primus*, Marc. XII. 26. Rom. IX. 15. 17. *secundus*, Matth. VIII. 4. Luc. II. 24. Rom. X. 5. *tertius*, Joh. III. 14. 1 Cor. X. 8—11. *quartus*, Matth XIX. 7. s. XXII. 24. Act. III. 22. Rom. X. 19. *quintus*. cf. quoque *Philonem* apud *Eichhornium* Einl. ins A. T. P. I. p. 89. ed. 2.

e) Utriusque libri historiae loco priore inter meras *sacrarum literarum* narrationes commemorantur (Ebr. XI. 3. b). 35. k). cf. quoque Sirac. XLVI. 1 — 11. & *Josephum* apud *Eichhornium* l. l. p. 115. s.

f) Uno

f) Uno loco *prior* Samuelis liber cum *Mosaicis scriptis* (Matth. XII. 5), altero *posterior* cum *Psalmorum libro* conjungitur. cf. Sirac XLVI. 13 — XLVII. 11. & *Philonem* atque *Josephum* apud *Eichhornium* p. 89. 116.

g) *Priori* libro Regum, quem Paullus l. c. *scripturae* accenset, *posterior* uno tenore jungitur Luc. IV. 25 — 27. cf. quoque *Josephus* apud *Eichhornium* p. 115.

h) Eodem loco habetur *Iobus*, atque v. 20. Psalmorum liber. *Danielis* autem non modo *altera* pars Matth. XXIV. respicitur, sed ipsa etiam *prior* Ebr. XI. 34. b). eo loco laudatur, quo Paullus non usurpat nisi libros, pertinentes ad *sacras literas* (v. 3. b). v. 35. k). Sed & *Josephus historicam* non minus quam *propheticam* partem invenit (L. X. Antt. jud. c. 10. 11) in suo exemplo *Danielis*, sive in numero των ιερων γραμματων, quibus librum *Danielis* annumerat diserte (l. c. c. 10. §. 4. extr.). Imo ipsa illa *historica* pars libri Danielis ansam praebuit, ut universus liber a veterrimis Judaeis adscriberetur *historicae* seu priori parti των προφητων (Nov. Rep. l. c. p. 234 f.). cf. quoque Neue Beiträge zur Erl. der biblischen Propheten von *Stäudlin*. n. III. IV.

i) v. Diss. de cathol. epp. occasione & consilio not. 48. & cf. *Philonem* apud *Eichhornium* p. 91. & *Josephum* in Nov. Repert. l. c. pag. 239. not. 28.

ii) De ipsius *seculi primi* consuetudine *Josephus* testimonium dat apud *Eichhornium* l. c. p. 113.

k) v. Nov. Repert. l. c. p. 232 — 235.

l) l. c. p. 233. Consentit *Josephus* apud *Eichhornium* p. 114.

m) v. Nov. Repert. l. c. p. 225. f. 246. f.

n) Si palam fuisset, plures quam XXII. libros ab Alexandrinis Judæis, pauciores a Sadducæis divinos haberi consuevisse; qui tandem *Josephus* T. II. p. 441. f. scribere potuisset: ουτε ΠΡΟΣΘΕΙΝΑΙ τις ουδεν ουτε ΑΦΕΛΕΙΝ αυτων (των ιδιων γραμματων, quae sint δυο μονα προς τοις εικοσι βιβλια) τετολμηκε, ΠΑΣΙ δε συμφυτον εστιν ευθυς εκ της πρωτης γενεσεως Ιουδαιοις το νομιζειν αυτα Θεου δογματα. De *Ægyptiis* Judæis cf. *Eichhornium* l. c. §. 21—26. p. 73. ss. de *Sadducaeis* v. eundem §. 35. p. 95. ss. & *Semlerum* (App. ad liberal. V. T. interpretat. p. 11). cf. *Eichhornii* Allg. Bibl. der bibl. Litterat. T. IV. p. 275. f.

o) v. supra not. l). & *Eichhornii* Einl. ins A. T. §. 33. n. 2. §. 42. f. 53. f. p. 93. 107. f. 123. ss.

p) Excipiuntur *Ecclesiastes* & *Canticum*, quibus vero opus est ad complendum numerum *quaternarium*, tertio sacrorum librorum generi (τοις ψαλμοις Luc. XXIV. 44) a *Josepho* l. c. p. 441. diserte assignatum. v. *Eichhornium* l. l. §. 49. f. p. 119. Nov. Repert. l. c. p. 227. f. 232. Ceterum *Michaelis* (Dogmatik ed. 2. p. 112) in locum Cantici *Jobum* substituit, eoque consilio Iobum de libris tredecim secundi generis eximit, Ruthæ vero librum inter tredecim illos secus, ac Judæi, auctore *Origene*, consueverant facere (cf. not. o), *seorsum* a libro Judicum numerat. cf. Einl. in die göttl. Schriften des A. B. p. 118. f. Paullo aliter rationem subduxit b. C. L. *Camerarius* (Theol. und krit. Versuche n. I.), qui, ut e quaternario numero, præter *Canticum*, eximere etiam posset *Ecclesiasten*, non *Jobum* duntaxat, sed etiam *Threnos*, quos a *Jeremia*

separavit, librorum tredecim numero exclusit, quumque secus, ac *Michaelis*, libros *Judicum* & *Ruthae*, pro *uno* libro habendos censuisset, *Esram* contra & *Nehemiam*, quos *Michaelis* conjungere non dubitat, sejunxit. At librum *Jobi*, quem veteres Judaei *historicum* numerabant, *tertio* citius, quam *secundo* generi, cui *historica* scripta subesse solebant (v. Nov. Repert. l. c. p. 231. s.), fuisse subjectum, non admodum credibile videtur.

q) Huc pertinent libri *Ruthae*, *Chronicorum*, *Esrae*, *Nehemiae*, *Estherae* & *Threnorum* v. *Eichhornium* l. c. §. 47. coll. §. 44. n. 4. 5. §. 41. p. 115. ss. 110. s. 104. ss.

§. 15.

Hæc argumenta (§. 11 — 13) libris tum novi (§. 1 — 4) tum veteris (§. 14) fœderis *a*) auctoritatem divinam & (§. 26) fidem ad doctrinam, ad prædictiones, ad historiam conciliant, ut, quæ vel ipsi docent aut præscribunt, vel divinitus tradita aut præscripta fuisse narrant *b*), ea pro divinis *c*) præceptis habere, quæque narrant, ea universe pro certis *d*) sumere debeamus. Uno verbo, sacræ scripturæ judicio, dummodo vere illud factum esse constet *e*), ut *norma* judicii nostri utamur oportet *f*).

a) Ut vel difficilibus christianæ doctrinæ investigatoribus, quantum potest, satisfiat, argumenta,

quae vel ex libris N. T. ἀντιλεγομένοις (§. 3) vel, quod in hac quidem scriptione raro nobis usu veniet (§. 14. c), ex veteris instrumenti iis libris (§. 14. p.) q.), quos N. T. non diserte refert in scripturas sacras, passim capimus, quaeve Marci & Lucae (§. 12) non historica tantum fide, sed propriis, quorum indubitatam fidem persuasio de scriptorum horum non humana tantum, sed *divina* auctoritate, demum facere potest, judiciis (cf. not. b) nituntur, neque sola facile adhibemus & a reliquis argumentis discernimus.

b) sive Deum *expresse* inducant loquentem, quod prophetae V. F. solenne habent, sive referant sermonem *legati divini*, ut angeli divinitus missi, aut hominis, quem certis mandatis a Deo instructum fuisse vel ipsi, quorum divina fides idoneis rationibus firmata est, scriptores sacri vel alii certe viri, quos divinam auctoritatem habuisse constat, testantur, ut *Joannis baptistae* divinum missum (Joh. I. 33) praeter Lucae (III. 2. VII. 29. f. cf. §. 12), etiam Joannis apostoli (§. 11) & ipsius Jesu auctoritas (§. 6—8) confirmat (Joh. I. 6. Matth. III. 15. XI. 9—14. XXI. 25—32. Joh. V. 32—35).

c) Quae praescripta sunt *finite*, ea valent, *quatenus* praecepta sunt, neque continuo ex praeceptis *divinis* eximuntur, quum certos homines iisdem teneri negamus. Neque enim in hos homines propterea non valent, quod *jubentis* in eos nulla auctoritas esset, sed quod *legem* ad eos pertinere noluit. cf. *Koeppen* l. l. P. I. p. 457. ss.

d) i. e. veris *historice*, non illico pro veris utique,

nisi literarum sacrarum approbatio accedat. v. Diss. de sensu historico §. X.

e) h. e. loci, quo nitimur, & *lectio* & *interpretatio* vera sit. Quo magis apposite ad persuasionem dicamus, argumentis iis, quæ ex *varietate lectionis* pendent, aut omnino abstinemus aut, si ea, quæ sententiam nostram adjuvat, lectio per critica præcepta fit verior, conjuncte saltem cum aliis locis & seorsum ab iis utimur (cf. not. a).

f) Ergo, probata (§. 17—26) semel ea Dei notione, qua opus est (§. 8. h). §. 6. c). 27) ad testimonii *divini* veritatem ac fidem agnoscendam, versamur in christianæ veritatis investigatione, quemadmodum universe circa res *historicas* versari solemus. Rerum, in sacris literis traditarum, fides pendet ab *auctoritate testimonii*, &, quamquam delectamur consensu aliarum rationum cum divino testimonio, minime tamen *necesse* est, doctrinam quamque nostra vel necessitatis vel interioris naturæ rerum perspicientia confirmari, sed, etiamsi hoc præstare nequeamus, scripturarum auctoritate ducti non minus ratione agimus, quam qui locupletibus testibus credunt, quod ita esse aliis rationibus comprobare non possunt. Et in ejusmodi caussa ipsa *rationis* usus est nobis non modo ad firmanda, quibus nitimur, theologiæ naturalis præcepta (§. 17 — 26), sed porro etiam ad γνησιοτητα, sententiam (not. e) & divinitatem (§. 1 — 14) testimonii, accommodate ad naturam historicæ quæstionis, indagandam (v. *Telleri* Religion der Vollkommnern p. 47. f.), & cognitas hac via doctrinas inter se & cum aliis comparandas atque conjungendas, cf. laudatum

Koeppen P. II. p. 553. ss. 608. ss. *Jacobi* Abh. über wichtige Gegenst. der Rel. n. VIII. P. II. p. 5. ss. & *Doederlein* Inst. Theol. christ. (Proleg. c. III. Sect. III. maxime §. 53 56).

§. 16.

Qui pietatis nullo studio tenetur, is facile refugit doctrinam christianam, quia reformidat ab ea redargui (Joh. VII. 7. III. 19. f.). Quisquis vero integre studet componere vitam ad honorem & voluntatem Dei *a*), is divinae voluntatis rectius cognoscendae spem affulgentem certe non temere abjiciet *b*), sed promte explorabit, quia confidit, doctrinam christianam, si re vera fuerit divina, studium ipsius probaturam atque juvaturam esse (v. 21). Neque fallet eum spes ostensa. Quo enim studiosius doctrinam christianam discet atque observabit, hoc magis deprehendet, proficere se in cognoscendis notitiis *salutaribus*, h. e. iis, quae adjuvent ad tranquillandum & emendandum animum. Atque ita experiundo discet & agnoscet doctrinae christianae divinitatem (VII. 17), h. e. testimonii, quod hujus doctrinae primi interpretes dixerunt (v. 16), veritatem. Quamquam enim dubitamus ipsi ex *sola* argumenti utilitate singula-

rem, qua proposita fuerit christiana doctrina, procurationem Dei *bb*) colligere, quia veremur, ut hæc ratio satis plana ac evidens fieri possit *c*): illud tamen apparet, *testimonio d*) *Jesu & apostolorum*, quo christianæ doctrinæ (§. 8. 9. 10) & universe literarum sacrarum (§. 11 — 13) divina auctoritas *proprie* nititur, fidem conciliare duas has caussas, quod christiana doctrina cum ad fructum talis est, qualem esse oportet doctrinam divinam, eave præstat, quæ expectamus a doctrina, præconio divinitatis ornanda *e*), tum vero de interpretibus, a quibus primum est proposita, eam opinionem præbet ac sapientiæ & pietatis eorum talem admirationem efficit *f*), ut, qui semel hos sensus diligente usu christianæ doctrinæ perceperit *g*), vel ab indoctis majore ex parte (v. 15. Act. IV. 13) hominibus talem doctrinam omnino sperare non possit, ideoque divinum, quod prædicarunt, auxilium tanto probabilius censeat, vel certe hominibus, super acutissimos & optimos suæ ætatis doctores tantopere excellentibus, eam vel dementiam vel impietatem *h*) tribuere non audeat, quæ assignanda esset, si divinum adminiculum vel imaginati vel ementiti fuissent.

a) Qui colit (ποιων, cf. Diss. de sensu vocis δι-καιος not. 36) integritatem (την αληθειαν, cf. 1 Cor. XIII. 6. Prov. XXVIII. 6), idem mox dicitur εργαζεσθαι τα εργα αυτȣ EN θεω, agere *respectu habito ad* Deum (cf. Notit. histor. epp. ad Cor. not. 152. p. 74), *propter* (cf. Diss. I. in LL. N. T. histor. aliquot loca p. 34) Deum, *religiose* (cf. Notit. histor. l. c. p. 75). Quamquam ἐν illud etiam haberi potest pro nota *dativi* (Diss. II. in LL. histor. p. 36), qui pariter valet *ratione habita* rei (Notit. histor. l. c. p. 74), *propter* aliquid (v. *Kypke* ad 2 Cor. X. 12. p. 266), *ad voluntatem* (v. eundem in Rom. XIV. 7) & *honorem* alicujus (cf. 2 Cor. V. 13). Quam ipsam vim etiam habet præpositio εἰς (v. Diss. in epp. Paulli min. aliquot loca not. 51.)

b) v. Comm. in ep. ad Hebr. p. 684. f.

bb) *Hanc ipsam* Jesus ab hominibus, divinorum præceptorum observantibus, agnitum iri sperat, dum eos intellecturos ait, doctrinam ipsius hoc sensu divinam esse, ut *non ex ipsius humano ingenio* (αφ' εαυτȣ v. 17) profecta, ut *non tam ipsius*, *quam* Dei sit (v. 16 §. b.). Qui hoc tantum effici volunt, doctrinam Jesu, quoad rationi per se pateat, veram &, quemadmodum omne verum, a Deo profectam esse; ii non modo temere laudant consensum Jesu ipsius, quem longe alius generis divinitatem doctrinæ suæ v. 17. tribuisse vidimus; sed aberrant etiam ab eo, quod quæritur. Cum enim in theologia dogmatica quæritur de doctrinæ Christi origine & auctoritate divina, non quæritur de veritate certorum præceptorum Christi, quæ ratio per se ipsa intelligit ac probat, sed de peculiari quadam

ope divina; quae Jesu prae ceteris doctoribus contigerit, quaque effectum fuerit, ut ipsius doctrinae non, ut cujusque doctoris dictis, tum demum assensus debeatur, quum per nos ipsi intelligimus, hoc vel illud vere dici, sed ut ipsi fides etiam tum habenda sit, quum ab aliis doctoribus, nulla peculiari ope divina gavisis, assensum cohibemus, quia res non per se ipsa, seorsum ab auctoritate magistri, certo intelligitur. cf. Annott. theol. ad philos. *Kantii* de religione doctrinam not. 339. Frustra quaeritur de revelatione, si nulla alia intelligitur, quam quae Jesu ab ipsis etiam *Naturalistis* conceditur, & Corano ac falsae cuivis revelationi, immo doctori cuique tribui potest, ut, quae vere tradita esse per nos ipsi intelligimus, ea vocentur divina, quia verum a Deo, rationis nostrae auctore, proficiscitur. Non de istiusmodi *mediata*, sed de *immediata* (praeternaturali) revelatione quaeritur, quae aut confirmanda aut *ingenue neganda* est. Re enim vera, sed tectius, negatur, si, revelationis nomine servato, mediata tantum & naturalis conceditur, quae nec a Naturalistis in dubium vocatur. Non disceptatur, utrum religionis Christianae *argumentum* tale sit, quod ratio per se invenire ac probare queat, sed an ejus *origo* talis sit, ut propter hanc originem pro *divina*, &, quoniam divina est, pro vera haberi queat, sive argumenti ejus veritatem ratio per se intelligat, sive non perspiciat. v. *Kantii* Religion innerhalb der Grenzen der blossen Vernunft p. 217. ss. Sententia doctrinae Christianae partim vera esse possit, & tamen *non divinitus patefacta* (v. Annott. cit. not. 95), partim *divinitus patefacta* esse potest,

etiamsi veritatem ejus humana ratio *per se ipsa* non perspiciat (l. c. §. 11.). v. etiam *Planckii* Einl. in die theol. Wissensch. P. I. p. 241. s. 287. 293. 468. ss. Relat. Tubing. 1794. N. 17. p. 130. s. 135. s.

c) cf. tamen laudatum *Koeppen* P. II. p. 285. s. 287. ss.

d) Quemadmodum ideo solemus miracula assumere (§. 8. 10. 36), ut *testimonii, a Jesu & apostolis de se ipsis perhibiti*, fidem confirmemus; sic ad idem illud testimonium suffulciendum, ubi de singularis hominis persuasione agitur, suam quisque experientiam assumere potest. Effecta per usum doctrinae christianae, cum quo *Spiritus S. efficientiam* conjunctam esse credimus, persuasio de christianae religionis divinitate appellari solet *testimonium Spiritus sancti* internum (cf. *Mori* Epit. theol. christ. p. 40. s. ed. 2.). Verum hoc loco conjunctionem divini auxilii cum usu doctrinae christianae legitimo nondum sumere licet, quia probare demum volumus auctoritatem christianae doctrinae, unde porro fides praecepti de Spiritus S. efficientia (§. 115) pendet.

e) Hactenus ergo *nihil obstat*, quo minus fidem habeamus testimonio Jesu & apostolorum de ipsorum doctrina ad Deum auctorem referenda. (cf. *Planckium* l. l. p. 328 — 330). Jam superesse quidem potest varii generis difficultas. Sed qui diligenter ac integre versatus est in doctrina christiana, hoc quoque non potest non experiundo didicisse, quod multa capita, quamvis primo progressu non minorem difficultatem habere visa, expediverit tamen continuatum studium, neque igitur ea, quae

meditantis intelligentiam superent in praesentia, illico falsa sint & absurda per se. Atque haec modestia, inter christianae doctrinae usum & obsequium pariter cum utilitatis sensu confirmata, facile cavebit, ne testimonium de divinitate doctrinae, cujus insignem utilitatem, magistra experientia, cognoverimus, propter incomprehensa, quae restant, continuo repudiemus. Adhaec *salubritas* doctrinae christianae intellecta eo potest valere, ut nostra tanto plus *intersit*, hanc doctrinam & veritatis ejus argumenta (§. 7. 8) sine partium studio expendere, nec igitur rem in medio relinquere, aut in argumentorum propositorum examine cupidius versari, aut iniqua postulare audeamus.

f) Ergo cohaeret haec ratio cum argumentatione, quam conclusimus (§. 7) ex *moribus* Jesu.

g) Natura hujus argumenti fert, ut *non valeat nisi ad eos*, qui doctrinae christianae vim *experienti* cognoverint ejusque fructum ipsi perceperint. v. *Koeppen* l. l. p. 286. s.

h) cf. 1 Thess. II. 3. s. 1 Cor. XV. 15. (§. 8. h).

LIBER SECUNDUS
DE DEO.

CAPUT PRIMUM
DE NOTIONE DEI EIUSQUE VERITATE.

§. 17.

Homo, natura duce, sibi ipse præscribit & imperat certam agendi rationem tanta auctoritate *a*), ut, relegens *b*) acta & ad jussa illa interna tanquam ad normam examinans, se, quamvis solum & ab hominum aliorum judicio remotum *c*), incuset ipse aut purget (Rom. II. 14. 15), tanquam si caussa dicenda esset ante judicem (v. 16. *d*) I. 32). Ergo judicem invisibilem, malo incommoda, bono commoda nectentem, revereri natura nobis insitum est. *e*).

a) Cum apostolus Rom. II. 13. docuisset, Judæos, quamvis legem divinam scriptam habeant, idcirco tamen Deo non illico probari, sed, nisi observent legem, ejusdem ipsius sententia condemnari (v. 12), jam v. 14. etiam prius enunciatum (v. 12), quod absque scripta lege divina peccare & pœna teneri aliquis possit, hac ratione confirmat (γαρ v. 14 cf. Phil. III. 20. n). Col. III. 25. not. 61), quod ethnici, quamvis legem divinam *scriptam*

non habeant, sibi *ipsi* lex divina sint legisve instar *ipsi* habeant, quandoquidem, lege scripta destituti, *natura* præstent ea, quæ sint legis, h. e. (Gal. III. 12. Rom. I. 32) jubeant, interdicant, præmia & pœnas statuant. Vere autem ab ethnicis ipsis scriptæ, qua careant, legis divinæ partes (τα τȣ νομȣ) natura impleri, *externae*ve legis munus ac negotium (το εϱγον τȣ νομȣ), h. e. vim edicentem cum auctoritate, seu virtutem legis (cf. *Clessii* Lehre des h. Apostels Pauli vom Gesez p. 35), ethnicorum animo *intus* impressam esse, intelligitur (II. 15) ex eo, quod συμμαϱτυϱει (sc. αυτω, h. e. τω εϱγω τȣ νομω, cf. Diss. in epp. Paulli minorum aliquot locos not. 41), quod, inquam, cum externæ legis virtute consentit (cf. VIII. 16. Ebr. X. 15) ethnicorum conscientia, nempe (aut, si malis, *sive*, cf. tertium και Marc. XV. 1. & Diss. I. in LL. N. T. histor. aliquot loca not. 145) quod sensa eorum accusant ipsos (not. c) vel excusant. Ex consequente, quam vocant, conscientia arguit apostolus, hoc, quod extrinsecus agat lex, ut edicat &, si contra fiat, quam oporteat, minetur, etiam intus in animo peragi.

b) Cum naturæ humanæ tam conjunctum sit, acta nostra retractare & tanquam *relegere*, haud incredibile est, *religionem* dictam esse ex relegendo (cf. *Ciceronem* de nat. deor. II. 28. & *Gellium* IV. 9), & nominatim quidem ex relegenda *vita nostra*. Per hunc certe sensum conscientiæ natura dux est nobis inquirendæ potestatis, ex qua pendeamus, tandemque, ut deinceps videbimus, agnoscendi &

colendi Dei, h. e. in conſcientia ſunt *religionis* primordia.

c) Huc pertinere videtur illud μεταξυ αλληλων (Rom. II. 15): ſenſus ethnicorum, *inter ſe ſoli*, h. e. (Matth. XVIII. 15) nemine extrinſecus in hunc ſenſum compellente, de ipſis etiam *occultis* (τα κρυπτα των ανθρωπων Rom. II. 16) accuſant eos (nempe ethnicos, cf. Diſſ. in epp. Paulli min. aliquot loca not. 41) vel defendunt quoque. In b. *Koppii* interpretatione (p. 54) deſideramus uſum loquendi, qui patitur quidem εαυτων pro αλληλων dici (Eph. IV. 32), ſed non viciſſim αλληλων pro vocis εαυτων ſignificatu *proprio* uſurpari, Deinde vocabulum μεταξυ, eo ſenſu (v. *Kypke* & *Krebſium* in Act. XIII. 42), quem *Koppius* n. l. prætulit, acceptum, non cum genitivo αλληλων, quæ ſtructura præpoſitionem, non adverbium, indicat, ſed cum verbis εν ημερα, de quibus mox (not. d) videbimus, conjungi debebat.

d) Qui didicit ex evangelio, Deum occulta hominum conſtituiſſe in judicium vocare, exercendum per Jeſum Chriſtum, is deprehendit cauſſam mirabilis illius actionis inteſtinæ. Propter futurum tempus (εν ημερα, cf. §. 16. a) judicii divini, quia Deo rationem de nobis & de factis noſtris reddere debemus, natura ita comparatum eſt, quomodo v. 15. legimus. Niſi pendere nobis videremur ex inviſibili judice, ad tranquillandum animum ſufficeret cogitare, nos ita decreviſſe, nec comparere, qui animadvertere in nos poſſet. Et nos ipſos non eſſe eos, unde præmia exſpectare queamus recte factorum, & ex quorum arbitrio pendeant incommoda, quæ morali malo annecti perſuaſum nobis eſt, ſuæ imbe-

cilitatis fenfus & in rebus externis ad arbitrium noftrum dirigendis impotentia docere quemvis poteft.

e) v. *Kant* Kritik der Urtheilskraft §. 86. not. p. 411. ss. b. *Jacobi* leichter und überzeugender Beweis von Gott u. von der Wahrheit der chriftl. Relig. p. 15. ss. maxime vero ejusdem: Verfuch eines Beweifes eines in der menfchl. Seele von Natur liegenden Eindrucks von Gott und einem Leben nach dem Tode (Sämtliche Schriften P. II. u. III. IV. p. 441. ss.).

§. 18.

Eum, quamvis non cernamus oculis, animo tamen cernere (τα αορατα αυτȣ νοȣμενα καϑορᾳι) licet. Ex quo enim mundus creatus eft, invifibilis auctor ejus fuis certe operibus confpicuus eft (Rom. I. 20), in quibus, quo longius progreditur ftudium inveftigandi, hoc plura & luculentiora *a*) nexorum inter fe finium certique ordinis veftigia apparent *b*). Et fane, qui nobis hac via fe manifeftavit (v. 19), morofitatis noftræ excufationem nullam accipiet (v. 20. 2 Theff. I. 8), fi dubitemus credere (Ebr. XI. 3), fines rerum & ordinem ab *intelligentis auctoris confilio* profectos, neque ex cœca machinatione primam eorum originem repetendam effe. Quamquam enim docere non poffumus *c*), cœcam ejusmodi machinationem

possibilem utique non esse: hominibus certe, quorum excellentia super alias res in facultate intelligenter certoque consilio agendi sita est, incredibile suæque dignitatis sensu alienum videri debet (Act XVII. 28. f. Ps. XCIV. 8—10), mundi & ipsius intelligentiæ humanæ caussam non similem nostri, sed brutam potius esse. Et tanto quidem conjunctius est naturæ nostræ, mundi, cujus pars sumus, intelligentem auctorem sumere, quod naturæ nostræ consentaneum est (§. 17), invisibilem de consiliis nostris viisque, ea persequendi, judicem revereri, judicem vero, quem sumere debemus, nisi contra sensum animi decernere velimus, vanum esse metum judicis, *intelligentem* esse consentaneum non minus est. Quumque semel adduci nos persentiscimus, ut ex natura intelligente nos pendere, existimemus, abhorrentis ab illo sensu & inexcusabilis morositatis foret, naturæ consensum & ordinem non superiori intelligentiæ assignare, quam conjicere ex illo consensu humanæ saltem intelligentiæ pronum ac necessarium est *d*), qualem præterea nobis, qui naturæ rerum pars sumus, præesse internus conscientiæ sensus credibile efficit (§. 17), sed cæcam machinationem, quam tali ordini & consensui procreando

creando sufficere non nostra, sed alia forte intelligentia *e*) perspicere valeat, suspicari, ut nec gratus sensus, quo *f*) bona naturae animum perfundunt (Act. XIV. 17); habeat, quo (Rom. I. 21) referatur, & insitam animo spem ac metum (§. 17) consentanea persuasio (cf. Ebr. XI. 6) deficiat, fore, ut intelligentia, unde nos pendere sentiamus, injectae spei ac formidini satisfaciat (Rom. II. 6 — 10). Nisi enim *moralis* nostrae naturae judex ac dominus idem etiam esset dominus reliquae naturae, quae, ut dignum est intelligente caussa, ad certos fines disposita videtur, eosque tales, ut nequeamus ultimum intelligere, nisi qui spectet (Gen. I. 26. ss. Matth. VI. 26. 30. X. 30. s. 1 Cor. III. 21. s. Rom. VIII. 19. 21) ad *mortales* naturas *g*); ceterarum rerum natura impedire posset judicem nostrum, quo minus tandem ad minas & promissa *h*, quae dictavit in animo nostro, responderet eventus. mo obsequii in legem moralem, quod natura nostra postulat (§. 17), consensio eum re nostra, cujus desiderium naturae nostrae pariter conjunctum, & cujus expectatio, ipsa natura duce (§. 17), ex illo obsequio nexa est, in gravibus officii partibus (Matth. V. 10. s. 1 Petr. III. 14.

Theff. I. 4. 1 Cor. XV. 30. f.) ne intelligi quidem poteft, nifi æque nos & reliquam naturam morali imperio (Matth. V. 12. 2 Theff. I, 5—7) fubeffe credamus *i*). Ergo, ne pugnemus ipfi nobiscum *k*), & contra legem moralem (cf. 1 Cor. XV. 33), cujus fanctitatem, nifi præcipites cupiditatum amentia feramur, diffiteri non poffumus & qua agi oportere fentimus, pariter naturale *l*) defiderium felicitatis fæpe repugnet (v. 32), illa ipfa fumtione (cf. v. 34) opus eft *m*), unde & metus judicis in animum impreffus (§. 17) & rerum externarum ordo (§. 18, b) intelligi a nobis facillime poteft. Et perverfa profecto fapientia foret, fi eo usque difficiles & morofi effemus, ut fumtione, quæ cum noftra rerumque circumjectarum natura unice confentit, probabilior nobis videretur cœca atque temeraria hæc fufpicio, a noftra rerumque obviarum natura fortaffe nos deludi *n*).

a) Hujus experientiæ adminiculo cognofcimus, ordinem & confenfum in re pofitum effe ac perfpici tandem poffe, *tametfi fuerit aliquando defideratus* a nobis, igitur modeftiæ effe, ut, quæ pugnare videantur cum auctoris naturæ fapientia (cf. *Kant* l. l. §. 85. 87. p. 400. fs. 421), ea non illico numeremus dubitandi cauffam idoneam, fed, quoniam præclare facta atque difpofita funt, quæ intel-

leximus, cetera confidamus non dissimilia fore. cf. infra §. 22. a). & *Kantii* Crit. der pract. Vernunft p. 251.

b) v. *Kantii* Crit. der Urtheilskraft. §. 63 — 67. p. 275. ss. *Reimari* Abhandlungen von den vornehmsten Wahrheiten der natürl. Relig. ed. 6. *Werenfelsii* Opusc. T. II. p. 255. ss.

c) v. *Kant* l. l. §. 73—78. p. 324. ss.

d) l. c. §. 75. 77. f. p. 329. ss. 349. ss. cf. locos, a *Flattio* laudatos (Briefe über den moral. Erkenntnissgrund der Relig. p. 106. f).

e) v. *Kantii* Crit. der Urtheilskraft §. 75. f. p. 332. ss.

f) l. l. §. 86. 91. p. 411. f. 472.

g) Spem & formidinem, naturæ nostræ morali conjunctam, reclamante conscientia, pro vana aut incerta habere debemus, nisi reliquam naturam ad has minas & ad illa promissa dirigi credamus (cf. l. l. §. 87. f. p. 414. ss. 429. f. 438. f.). Vicissim naturæ consensus ad certos fines nullum ipse finem habere nobis certe videtur, nisi tandem serviat scopo morali (l. l. §. 86. p. 405. ss.). 'Ergo naturæ nostræ consentaneum est, nos pariter cum reliqua natura subjectos credere morali imperio, quique propterea, quod caussam mundi intelligentem & moralem non licet oculis cernere aut cogente argumentatione assequi, sed (cf. Ebr. XI. 1) *credere* oportet (cf. v. 6. & *Kantium* l. c. §. 88. 90. 91. p. 424. ss. 438. ss. maxime p. 452. ss.), eandem recusant admittere, ii certe repugnant contra moralem *suam* naturam (l. l. §. 88. 91. p. 428. ss. 465. ss. 472. f. cf. supra not. d), vereque sunt ἀναπολο-

γητοι (Rom. I. 20), quemadmodum culpa non vacat, qui malum, quod prospicere & accommodata periculo ratione agendi etiam avertere poterat, eo subiit, quod periculum, quamvis probabile, noluisset credere, sed necessariam prius demonstrationem postulasset, fieri utique non posse, ut metus mali vanus sit.

h) cf. *Kant* §. 91. p. 457.

i) v. *Jacob* über den moral. Beweis für das Daseyn Gottes, ejusdemque liber: Beweis für die Unsterblichk. der Seele aus dem Begriffe der Pflicht, ed. 2. cf. *Boek* de limite officiorum humanorum, seposita animorum immortalitate Sect. I. Tub. 1792. Dan. Fr. *Hauffii* Dialogum, an sint officia, ad quae hominem natura obligatum esse demonstrari nequeat, nisi posita animorum immortalitate.

k) v. *Flattii* Beyträge zur christl. Dogm. u. Moral p. 99. ss.

l) v. *Kantii* Crit. der pract. Vernunft p. 45.

m) v. Versuch einer Kritik aller Offenb. §. 2. & Annott. theol. ad philos. *Kantii* de relig. doctrin. §. X.

n) cf. *Brastbergeri* Untersuchungen über *Kants* Kritik der reinen Vernunft, &: über *Kants* Krit. der pract. Vernunft, maxime p. 212—219.

§. 19.

Sed haec via ejusmodi est *a*), ut profecto non sit mirandum, si, quam requirit (§. 18. a). g) aequitatem & moralium sensuum diligentiam, alia quoque sui documenta dando,

adjuverit Deus. Atqui mira *b*), quae per Jesum & apostolos *c*) evenerunt (§. 5. 8. e). §. 10. extr.), haud profecto ab hominibus, sibi relictis, effici potuerunt (§. 8. f), sed caussam invisibilem arguunt, eamque sine dubio intelligentem, quum certa effectionum *consilia* non ipsi modo videre nobis videamur *d*), sed *e*) *historia* suppeditet ipsique ii, per quos talia evenerunt, *expressa significatione* declaraverint (§. 8. g). a). b). §. 10. extr. & not. m). Jam haec caussa intelligens, quam effectiones loquuntur virtute superiorem fuisse *f*) humana, si Jesum & apostolos audimus, Deus ipse fuit (§. 8. extr. & not. i), seu *naturae auctor & dominus*. Hac enim definitione Jesus & apostoli cum sacris, quos probarunt (§. 13. f.), Judaeorum libris propriam nominis *Dei* vim declararunt (§. 20). Sed nihil est (§. 8. h), quod miraculorum alia caussa fingatur, diversa ab ea, quam Jesus & apostoli significarunt, quaeque aliis de caussis (§. 18) jam facta fuerat credibilis. Ergo Deus per miracula Jesu & apostolorum declaravit suam praesentiam (cf. Act. XIV. 9—11. cum v. 15), & reliqua sui documenta (v. 17) firmavit. Quamquam nova illa Dei documenta superioribus (§. 18) adjungere vel tum licebit, cum miracula Jesu

& apostolorum *alii* caussæ temere assignantur. Nam effectrix eorum caussa, quam, utcunque sit, intelligentem certe & hominibus præstantiorem esse vidimus, *ad auctorem & dominum naturae* cum facta sua (§. 8) tum doctrinam (§. 6), per homines, quibus adfuit, proditam, referre non dubitavit. Ergo certe *humanae* imbecillitati proprium (cf. §. 18. d). e) non est, caussam mundi intelligentem agnoscere, sed excellentiores quoque naturæ similiter existimant.

a) v. laudatum *Koeppen* P. I. p 39. ss.

b) cf. de hoc argumento *Michaelis* Dogmatik §. 24. p. 146. f. & *Flattium* in den Beyträgen zur christl. Dogm. u. Moral p. 7. ss.

c) Horum proprie miraculis ad probandum uti visum est, quia vetustiorum fidem ex ipsa demum Jesu & apostolorum auctoritate cognovimus (§. 13). Ceterum quibus ratio argumentationis ex naturalibus Dei documentis (§. 17. f.) accuratius perspecta est, iis profecto supervacaneum & incredibile videri non debet, quod in V. F. libris relatum legimus, nobiliores illos sensus, qui adducunt ad credendum (§. 18. g), esse Deum, eumque præmia studiorum atque factorum nostrorum dare (Ebr. XI. 6), mox a principio & deinceps multiformiter adjuvisse Deum ac velut *interpretatum esse* & *confirmasse* (cf. *Hessii* Biblioth. der heiligen Gesch. P. II. p. 119 — 149. *de Marées* Gottesvertheid. über die

Zulaffung des Bösen P. I. p. 115. fs.): Itaque Deus homines fingulos, qui porro alios docere poterant ac debebant (Gen. XVIII. 19), *diserte monuit*, esse auctorem universi (Genes. I. cf. *Hessium* l. l. p. 120. fs.), cujus imperio parere debeant, si felicitate potiri velint (II. 17. III. 8. fs. IV. 6. fs. VI. 3. XV. 1. XVII. 1), & per ipfam experientiam, quae promiffa (XV. 4—6. XVII. 15. fs. coll. c. XXI. c. XV. 7. fs. coll. Exod. III. 6. fs. VI. 2—8) & minas (Gen. VI. VII) fenfim exhibuit, *affuefecit* credere (Ebr. XI. 1. 2. 7—19). cf. *Mori* Programmata de notitia religionis, cum rebus experientiae obviis copulata. Publica inprimis illa miracula, quae Deus inter Ifraëlitas exterosque, apud quos habitarunt, extare voluit, fpectatoribus & finitimis ante oculos pofuerunt (Ex. VII. 5. 17. VIII. 6. 18. IX. 14. Deut. IV. 32. —39. Dan. II—VI. Ex. IX. 16. Jof. II. 11. IV. 23. f.), quamvis non cernatur oculis, esse tamen, qui naturae imperet (Ex. IX. 29. cf. *Koeppen* l. l. p. 180. fs.), ficque efficere etiam poffit, ut confcientiae praefenfioni tandem refpondeat eventus. Ergo *facta* confirmarunt fumtionem illam (§. 18. g), ad quam natura nos hortatur. Etfi vero talia non cuivis homini evenerunt nec facile, fi vim habere debebant, potuerunt evenire omnibus (v. *Koeppen* l. c. p. 47. fs.): eorum certe notitia per traditionem manare & in pofteritatem (Ex. X. 2) atque per variam occafionem (cf. 2 Reg. V. 2 — 15) ad exteros quoque redundare potuit (cf. 1 Sam. IV. 8. VI. 6). Quin ii etiam ipfi, ad quos de variis illis Dei documentis nihil praeter incertos rumores, imo ne hi quidem perferebantur, vel fola notione Dei,

quæ per multiplicem illam divinæ præsentiæ declarationem, in factis positam, primo apud spectatores invecta, tum inter obvias his hominibus familias aut gentes usu recepta fuerat, plurimum adjuvari poterant ad Deum agnoscendum. Nam ubi semel data est notio Dei, quamvis novo argumento haud confirmata, facilius certe intelligitur, *quid* sua cujusque conscientia & natura universa (§. 17. f.) dicant (cf. Ps. XIX. 2 — 4). Nec dubium est, quin providentia divina, temporibus finibusque habitationis hominum moderans (Act. XVII. 26), huc quoque soleat spectare, ut hominum, uberiore Dei notitia instructorum, conjunctio & commercium existat cum ceteris, hique igitur apud illos quærere possint (ζητεῖν v. 27. pro ὥστε ζητεῖν δύνασθαι, cf. Col. I. 10. not. 15) ac deprehendere Deum. Quamquam enim Deus sui, unde omnia habemus, documenta vel ethnicis dedit (Act. XVII. 27. f. XIV. 17), subobscuros tamen benefici auctoris & judicis justi sensus (§. 18. f. g) velut interpretatur expressa civium vicinorumque doctrina de Deo. Velut Athenienses ante Paulli adventum ex Judæis, qui per imperium Romanum libertate sacrorum faciendorum gaudebant, de rebus divinis sciscitari poterant partimque etiam cognoverant (Act. XVII. 17). Antiquiores migrationes Judæorum, sive per vim seu voluntate factas, juxta cum veterrimis priscorum Dei cultorum & recentioribus christianorum, qui cum ethnicis tam varii generis commercium habuerunt & habent, exemplis, hoc loco prætermittimus. v. *Koeppen* P. II. p. 309. ss. Schrift und Vernunft für denkende Christen von D. *Baumgarten-Crusius* T. I. p. 54. ss.

d) Consensum naturae ad certos fines caussae efficienti pro »fitum fuisse ab eaque *intendi*, probabiliter nostroque cogitandi modo convenienter existimamus (§. 18. d.), non observamus (v. *Kant* Critik der Urtheilskraft. §. 75. p. 332).

e) cf. Commentat. loci apostolici 1 Tim. III. 16. A. 1788. p. 16.

f) Caussam hanc, intelligentia & vi excellentem, eandem & beneficam & moralis boni amantem esse, partim natura miraculorum (§. 8. h), partim doctrinae, quam firmabant (§. 8. a) b) §. 10), morale argumentum persuadet. v. *Flattii* Beyträge p. 38. f. 43. ss.

§. 20.

Auctorem (§. 31. f.) *mundi & (*§. 33. ss.) *dominum*, quem esse vidimus (§. 17—19), *Deum* appellamus, notionem eam tenentes, quae verbo subjecta est in sacris literis Jer. X, 10—16, Ps. XCVI. 5. CXLVI. 6. Es. XLII. 5. XLIV. 24. XLV. 12. 18. LXVI. 2. Matth. XIX. 4. *a*) XI. 25. Act. XIV. 15. XVII. 24. Rom. I. 19. f. 25. XI. 36. 1 Cor. VIII. 5. f. cf. Ebr. II. 10. Apoc. IV. 11. X. 6. XIV. 7.

a) Deus (v. 6. Marc. X. 6) h. l. dicitur ὁ ποιήσας (*conditor mundi*, cf. *Loesnerum*).

§. 21.

Ex magnitudine operis, cujus parte nos circumdari videmus, pars ipsi sumus, per-

magnam *a*) invisibilis auctoris, Dei, *vim* esse, concludimus (Rom. I. 20. Jer. XXVII. 5. LI. 15. Es. XL. 26. Ps. CXLVII. 4. s. Iob. XL. 9. s. XLI. cf. §. 22. b), & in ipso quoque mundo condito tantum pollere Deum ut vel ea (cf. Luc. I. 34—37. Gen. XVIII. 11—14. Rom. IV. 18—21. Zach. VIII. 6.), quae a consecutione rerum & efficientia naturali sperare non licet, praestare tamen valeat, insita nobis *b*) exspectatio fortis, cum suo cujusque morali pretio, cui rerum externarum praesens ratio non solet respondere, tandem certe exquisitius consensurae, sumere quidem jubet *c*), miracula vero, e quibus *d*) hoc etiam (cf. §. 19. c.) loco ea duntaxat testamur, quae Jesu & proxima aetate evenerunt, argumentum praebent (§. 36.) in facto positum.

a) v. *Kant* l. l. §. 91. 85. p. 469. s. 398. s.

b) l. c. §. 88. not. p. 433. s. §. 86. not. p. 413. cf. supra § 17. 18.

c) cf. §. 37. Haec exspectatio si non ad *omnipotentiae* § 30. b.), quod *Kantio* videtur (l. l. §. 86. p. 404), saltem ad *excellentis & incomprehensae nobis* (Ps. CXLV. 3. Eph. III. 20) potentiae notionem ducit. v. laudatas *Flattii* epistolas p. 74. s.

d) Effectionum ejusmodi, quae divinae potentiae testimonium sunt (Jo. XI. 4. 40. Eph. I. 19. s. Act. X. 38. cf. Luc. IX. 43. V. 17), etiam reliquorum

documentorum (Ex. IX. 16. XV. 6. f. 11. 12. Deut. XI. 2. ss. Ps. LXXVII. 14. ss. CXXXV. 5. ss. cf. §. 19. c), quae V. F. libri referunt, universam seriem laudatus *Koeppen* P. I. p. 180. ss. summatim percensuit. Duo illa, quod Deus *mundi & miraculorum* in mundo auctor sit, etiam scriptura (v. c. Ps. CXXXVI. 4. ss. Jer. XXXII. 17. 19. 20) conjuncte argumentatur.

§. 22.

Intelligentiae divinae magnitudinem incomprehensam *a*) rursus arguit (Ps. CIV. 24. CXLVII. 4. f. Ef. XL. 28. Prov. III. 19. f. Jer. LI. 15.) mundi constitutio ad magnificos & admirabiles fines sapienter accommodata *b*). Neque etiam in condito mundo, cujus naturam Deus eo, quod ipsius opus est, non potest non perspectam habere (Ef. XXIX. 16. Ps. XXXIII. 15.), existere quidquam aut fieri, quod, quamvis minimum (Matth. X. 29. f. Ps. LVI. 9) vel occultissimum (Ps. CXXXIX. 7—16. Ef. XXIX. 15. f. Jer. XVI. 17. XXIII. 24. Matth. VI. 4. 6. 8. Ps. X. 14. 17. XXXVIII 10. Dan. II. 22), fugere Deum possit (1 Jo. III. 20. cf. Ebr. IV. 13), idcirco (Ps. VII. 9 f. Jer. XVII. 10. Prov. XXIV. 12. Matth. VI. 4. 6. 1 Cor. IV. 5) sumere debemus *c*), ut cum ratione possimus expectare judicium illud, quod animus noster praesagit nobis (Rom. II. 15. f.

§. 17. 21. b.), sed quod recte fieri non potest sine perfecta notitia universae vitae & animi ipsius (Ps. CXXXIX. 1—12. Luc. XVI. 15. Act. I. 24. Rom. VIII. 27), imo externarum cujusque hominis rerum, quae ad aestimandos ex veritate actus cujusque & animum haud leve profecto momentum habent. Eadem expectatio hoc quoque sumit (§. 24. c. 17. d), Deum ante prospicere posse, quae multo post acturus est. Sed *providentiam* illam (Act. XV. 18) latissime patere, & ad ea quoque consilia divina pertinere (1 Petr. I. 20. 1 Cor. II. 7. 2 Tim. I. 9. Eph. I. 4. f. *d*) cf. Ap. XVII. 8. XIII. 8), quae rerum creatarum certam conditionem & rationem agendi respiciunt, ipsa igitur, quae in mundo extitura sint, eventa et acta (Ps CXXXIX. 2. 16. Jer. I. 5. Gal. I. 15. coll. Act. XXVI. 19) ante, quam fiant *e*), cognita esse Deo, praeter vestigia, quae in ipsa mundi constitutione deprehendimus *f*), rerum futurarum contingentium praedictiones ostendunt, quas v. c. Jesus *g*), haud dubie per Deum (§. 6), a quo fuit adjutus (§. 19.), non modo inter suos (Marc. XIII. 3. ss. Matth. XX. 17—19. XXVI 34. Marc. XI. 1—6. XIV. 13—16), sed etiam publice (Luc. XIX. 41. ss. Matth. XXI. 43.

XXII. 7. XXIII. 34. ss. XXI. 37. ss. Luc. XIII. 33. Joh. II. 19 -- 22. X. 11 -- 18), ipsis adadversariis non ignorantibus (Act. VI. 14. Matth. XXVII. 63. s. 40. XXVI. 61), edidit, quibus etiam eventus respondit.

a) Vel in iis rebus, quas apte ad praeclaros fines institutas esse intelligimus, divinae sapientiae omnes vias persequi ipsamque rerum, quas admiramur, naturam interiorem ejusque vim ad propositos fines obtinendos perspicere non licet nobis (Iob. XXXVIII. s.). Ergo judicare debemus (XL. 1—5. XLII. 1—6), intelligentiam Dei majorem esse, quam ut superare eam vel assequi possimus (Es. XL. 13. s. 28. LV. 8 9. Rom. XI. 33. s. Ps. CXXXIX. 6), stulteque arrogantes esse, qui eam Dei incomprehensi (Matth. XI. 27. 1 Cor. II. 11) notitiam sibi sumant, ut nulla arcana Dei (v. 10. 7. Eph. III. 9) agnoscere velint, quumque ipsi bona consilia detegere non possunt, continuo nulla vel certe praeclara nulla consilia subesse querantur. v. *Kant* in Berl. Monatsschrift 1791. mens. Sept. p. 213. ss. Et tanto quidem majore ratione optima consilia, quamvis incomprehensa nobis (Rom. XI. 33) suspicari possumus, quod persuasionis nostrae veritatem subsequens experientia (§. 18. a) saepe confirmat. v. b. *Jacobi* Betrachtungen über die weisen Absichten Gottes n. XII. §. 19. ss. P. II. p. 228. ss. ed. 3.

b) l. l. n. I. §. 2. P. I. p. 3. ss.

c) v. *Kant* Critik der Urtheilskraft §. 86. p. 409.

d) cf. *Jacobi* l. c. n. VII. § 22. p. 311.

e) Ergo Deus non modo se ipsum (Matth. XI. 27. 1 Cor. II. 10. 11) novit & ea, quæ in re posita sunt vel fuerunt, sed *possibilia* quoque intelligit, ea certe (cf. §. 30. c.), quæ *erunt* posita in re.

f) v. laudatum *Jacobi* n. XII. §. 13—18. P. II. p. 209. ss.

g) Divinæ proprietatis (Es. XLI. 22. ss. XLII. 8. 9. XLIII. 9. ss. XLIV. 6. ss. XLV. 19. ss. XLVI. 9. ss. XLVIII. 3. ss. cf. *Hessii* Biblioth. der h. Gesch. P. II. p. 223. s.), quam dicunt *præscientiam*, multo plura, maxime antiquiora, documenta collegit *Koeppen* l. l. P. I. p. 210. ss. & *Michaelis* Dogm. §. 12.

§. 23.

Benignum esse Deum erga opera sua (Ps. CXLV. 9. CIV. 31. 10—14. 16—22. 25. 27. s. CXXXVI. 25. CXLVII. 8. s. Luc. XII. 24. 6.), præsertim (v. 7. 24. Matth. VI. 30) erga naturas morales, quorsum auctoris mundi ultimum consilium spectat (§. 18. g), patenti & curis vacuo animo sensus, quem mundi contemplatio (Ps. CXXXVI. 5—9. CIV. 1—24. Jer. V. 24. Act. XIV. 17. XVII. 25. 28. 1 Tim. IV. 3. s. VI. 17) movet (§. 18. f), tanto facilius persuadet, quanto conjunctius est naturæ nostræ, affectum erga suos (Matth. VII. 9—11. Ps. CIII. 13. Es. XLIX. 15. Luc. XV. 11. ss.) ex[illegible]e ab affectus parentalis auctore. Neque ab ea persuasione revocare nos

debent molestiæ *a*), quibus conflictamur, cum, experientia magistra, præmuniant sæpe aditum magnis beneficiis (Gen. XLV. 5—13. L. 20), in his nominatim maximo illi, ut per disciplinam severiorem, paterno affectu minime profecto indignam (Prov. III. 12. cf. Ebr. XII. 5—9), proficiamus in bonis animi (Rom. V. 3. s. cf. Ebr. XII. 10. s.), aut moralis imperii, cui nos subesse natura nostra loquitur (§. 17.), sed cujus sæpe negligentes sunt, qui rebus secundis utuntur (Luc. VIII. 14), reverentiores (Es. XXVI. 16) eoque ipso tranquilliores (Rom. II. 14. s.) & beatiores (v. 16. 6—10) fiamus. Jam iis quoque ipsis, qui universæ disciplinæ divinæ haudquaquam asperos (cf. Rom. II. 4. s. Amos. IV. 6. ss.) se præbent, mala evenire solent, quorum utilitatem non continuo deprehendimus. Sed parentem nostrum ea vidimus (§. 22. a) intelligentia esse, ut facile possit commodum (ζωην Ebr. XII. 9. συμφερειν v. 10.) prospicere, quamvis non conspicuum filiis (2 Cor. IV. 17. s. Rom. VIII. 24. s.) & serum (v. 17—23. Col. III. 3. s. 2 Thess. I. 4—10. Matth. V. 12).

a) De mali *moralis* permissione v. §. 39. b).

§. 24.

Per ipsum amorem (§. 23.) Deus vindex est injuriarum, quibus alii alios, non minus ipsi caros, afficiunt (2 Thess. I. 6. f. 1 Petr. II. 23. Ps. X. Luc. XVIII. 7. f. Matth. XVIII. 32. ss. a), per amorem b) tuetur auctoritatem legum, quas amanter dedit, quia salutares (Es. XLVIII. 17. f. Ps. CXIX. 144. Rom. VII. 12. VIII. 6. f.) esse pro sua sapientia (§. 22) vidit. Et conscientiae sensus (Rom. II. 14. f. I. 32. §. 17), quamque moralis nostra indoles facit, expectatio (§. 18. i) m), nos docet, magni interesse (Mal. III. 13—18. cf. Gen. XVIII. 25) nostra, quales simus, Deumque, unde pendeamus, sine ullo partium studio (Rom. II. 11. 1 Petr. I. 17. Col. III. 25. IV. 1. Eph. VI. 8. f.) efficere c), ut bonis quidem bene (Rom. II. 13. X. 5. Gal. III. 12. Eph. VI. 8. Matth. XIX. 17. cf. Ebr. XI. 6), sed malis male d) (Mal. II. 17. Rom. I. 18. II. 2 f. 12. Gal. III. 10. Col. III. 25. cf. Ebr. X. 29—31. XII. 29) eveniat (Rom. II. 6—10. 2 Cor. V. 10. cf. Ebr. X. 38), & ea quidem in partem utramque mensura (Luc. XIX. 16—19. 24—26. 2 Cor. IX. 6. Matth. XI. 22. 24. Luc. XII. 47. f.), quae ad fidei vel perfidiae mensuram accommodata sit. Utriusque judicii (2 Tim IV.

IV. 8. *c*) & Ps. VII. 12. cf. Ap. XVI. 5—7. XIX. 2) respectu *justitiam* Deo tribuimus (Ps. VII. 10. 18. 2 Thess. I. 5—7. Rom. II. 5. f. Act. XVII. 31), ex eaque concludimus (Ps. V. 5—7. cf. Ap. XV. 3. f.), Deum, qui tam serio bonos nos esse velit, *sanctimoniae* exemplum (1 Petr. I. 15. f. Eph. IV. 24. Matth. V. 45. 48. cf. 2 Petr. I. 4) & boni, quod promissis adjuvat & præmiis, amantem ipsum malique, quod comminatione & pœnis coërcet, osorem ipsum esse (1 Jo. I. 5. Deut. XXXII. 4. cf. Jac. I. 13).

a) v. *Michaelis* Gedanken über die Lehre der h. Schrift von Sünde und Genugthuung ed. 2. §. 6. 8.

b) l. c. §. 8. p. 40. ss.

c) Cum secus evenire videtur (Ps. XXXVII. LXXIII. 3. ss.), non continuo sequitur, ut animo impressa (§. 21. b.) expectatio sortis, suo cujusque morali pretio respondentis, omnino fallat. Fortunas enim vertere sæpius vidimus (cf. XXXVII. 35. f.), & frequens illa conditionis hominum discrepantia cum animo & moribus, insitum, a quo tantopere abhorret, sensum deducit tandem (LXXIII. 17. ss.) ad expectationem *futuri* judicii divini (2 Thess. I. 5—7). Ceterum caussæ reperiri possunt, quamobrem in hoc seminario bonorum nec discipuli imperfecti disciplinæ molestia vacent (§. 23), & pravi quoque homines, quos ad bonam frugem se partim recepturos esse (Act. IX. 11—15. 1 Tim. I. 12—16,

Philem 10. f.) Deus prospicit (§. 22), universo autem beneficiis quoque compellere divino amore (§. 23) dignum est (Rom. II. 4), non illico exstirpentur (Matth. XIII. 29. cf. 2 Petr. III. 9), ut taceamus, hanc patientiam (1 Tim. I. 16. Rom. II. 4. IX. 22) melioribus etiam æqualibus, qui præterea ipsi propter sua peccata & tenuia incrementa simili indulgentia opus habent (Eph. IV. 32. Ps. CIII. 8—14. cf. 2 Petr. III. 15), pro varia rei ipsorum cum rebus ceterorum conjunctione (cf. e. c. Gen. XVIII. 23—32. cum Jer. XLV. 3—5) multis modis prodesse. v. laudatum *Jacobi* l. c. n. XIII. §. 30—40. P. III. p. 51. ss.

d) Etsi pœnæ divinæ (Luc. XXI. 23. coll. 22. ad. *Kypke* in Rom. II. 5) & justitia vindex facinorum (I. 18. coll. II. 5. ubi *οργη*, *poena*, dicitur ΑΠΟΚΑΛΥΨΙΣ ΤΗΣ ΔΙΚΑΙΟΚΡΙΣΙΑΣ, manifestatio *justitiae vindicis*, *της οργης*, quæ infert poenam, cf. Ebr. III. 11. et *Joh. van Voorst* over de Goddelyke Straffen, in Societatis Haganæ pro tuenda Christiana relig. ad A. 1794. p. 56. ss.) *irae* nomine appellantur, earumque severitas horrendis imaginibus exprimitur; sacri tamen scriptores, etiam vetustiores, divinæ clementiæ haud ignari fuerunt (Ex. XXXIV. 6. Deut. IV. 31. Ps. CXLV. 8. CIII. 8—14. CXXX. 4. ss. Joël. II. 13. cf. Thren. III. 33), quumque ipsi viderint (Hos. XI. 9. cf. §. 26. b), Deum *non irasci humanitus* et universe a rebus creatis disjunctissimum esse (Exod. XX. 4. §. 25. 28. 30.), jure suo hanc æquitatem postulant, ut dicta ab ipsis *ανθρωποπαθως* nemo philosophus exagitet, cujus etiam ipsius castissimæ formulæ de Deo loquendi eadem venia indigent

(v. *Kant* l. l. §. 88. p. 430. f. *Fichte* Versuch einer Critik aller Offenb. p. 127. ed. 1. & *Jacobi* Abh. über wichtige Gegenstände der Relig. n. X. P. II. p. 87 ss.).

e) cf. Diss. de sensu vocis δικαιος & cognatarum in N. T. not. 9.

§. 25.

Cum virtus actuosa (§. 21.), intelligens (§. 22), moralis (§. 23. f.) dicatur spiritus, etiam Deus *spiritus* est (Jo. IV. 24.), in cultoribus non externa (v. 21), sed rectam *mentem* (πνευμα και αληθειαν *a*) spectans (v. 23. f.), qua parte (Col. III. 10. Luc. VI. 35. f. cf. §. 24) homo Dei similis esse potest, *non corpore* rebusque ad corpus pertinentibus, quae in Deum non cadunt (Rom. I. 23. Ex. XX. 4. 1 Tim. VI. 16. I. 17).

a) v. Diss. de sensu vocis πληρωμα not. 60.

§. 26.

Magnitudo intelligentiae (§. 22), efficientiae (§. 21) & bonitatis (§. 23. f.) divinae flagitat universe (Es. XL. 12—31. Ps. CXLVI. 5. f. XVIII. 31. ss. CXVIII. 1—9), ut Deo confidamus, & nominatim, ut declarationi divinae tanquam certissimae (Ps. XXXIII. 4) fidamus (Jo. III. 33. f.). Qui enim Deo fidem

habere dubitat (1 Jo. V. 10), vel tanta stulti-tia (§. 22. a) est, ut, quae ipsi incognita & obscura sunt, ea Deo non minus latere putet, vel bonam fidem (2 Cor. I. 18. 19. *a*) in exemplo sanctimoniae (§. 24.) desiderat, vel, providentiae (§. 22: e) & (Es. XLVI. 10. s.) potentiae (Rom. IV. 21. §. 21) divinae immemor, timet, ne consilium divinum, quamvis serium, retractari debeat, quae omnia cadunt in humanam levitatem & imbecillitatem, non item (Rom. III. 4. 1 Sam. XV. 29. *b*) in Deum. *Veracem* (Jo. III. 33. Tit. I. 2. 2 Tim. II. 13. cf. Ebr. VI. 18) & constantem (Ex. III. 14—17. VI. 2—8. *c*) Deut. VII. 8. s. Mal. III. 6. Rom. XI. 29. cf. Ebr. VI. 17. Jac. I. 17) omninoque certum & fiducia nostra dignum (1 Thess. V. 24. 1 Cor. I. 9. cf. Ebr. X. 23) esse Deum. eadem expectatio sumit, quae Deum esse persuasit (§. 18). Nam si Deus imponere voluisset nobis, expectationem commovere potuisset, cui vel noluisset vel omnino non posset (cf. §. 21. c) respondere, & si varius ac mutabilis esset, consilium, quod natura nostra ad ejusmodi sensum (§. 17. 18. g) componenda secutus fuisset, abjicere tandem & expectationem insitam tamen fallere posset. Ergo confidimus, *non posse non vera esse, quae na-*

tura nostra ejusve auctor, *Deus*, *promittat* (§. 18. h). Ipsa denique cognitionis humanae principia incerta fiunt *d*), si forte, quae *Cartesii* verba sunt, aliquis Deus talem nobis naturam indiderit, ut etiam circa illa deciperemur, quae manifestissima viderentur. Ergo, nisi de omnibus dubitare volumus, confidere debemus *e*), naturae nostrae auctorem veracem & certum esse.

a) v. Notit. histor. epp. ad Cor. interpr. servientes p. 101. f.

b) Ubi ergo v. 11. poenituisse Deum dicitur, nequaquam (v. 29) dicitur, *humanitus* poenituisse Deum. Neque etiam Moses (Gen. VI. 6) ignoravit (Num. XXIII. 19), poenitentiam minime in Deum cadere, sed ejusmodi locis ἀνθρωποπαθῶς (§. 24. d) significatur, mutatos homines ex immutabili decreto Dei non posse eodem modo tractari, ut ante. cf. etiam Joël II. 14. cum v. 12. f.

c) v. *Michaelis* ad III. 14. f. *Dathium* ad VI. 3.

d) v. *Flatt* Fragment. Beyträge zur Bestimmung u. Deduktion des Begriffs und Grundsatzes der Caussalität p. 122. ss. & laudati *Michaelis* Dogmatik p. 164. f. cf. *Kantii* Crit. der pract Vernunft p. 181.

e) Allg. Literat. Zeitung 1792. N. 40. p. 317.

§. 27.

Si Deus est (§. 17 — 19), isque verax est (§. 26); scripturarum enunciatis, quae vel

a Deo profecta & adjuta (§. 6. 9. f. 11. e). §. 13) vel certe probata (§. 9. c). §. 12. f), uno verbo, divina auctoritate munita fuisse vidimus (§. 11—13), tuto niti iisque cum universe (§. 15), tum proprie in iis, quae de Deo praedicantur, non modo illustrandi caussa sive ad ostendendam scripturarum cum nostra argumentatione (§. 17—26) consensionem *a*), sed ad *probandum* (§. 15. f.) uti deinceps poterimus.

a) Exquisitus doctrinae & argumentationis *scripturarum* de natura Dei consensus cum *ratione*, praesertim ubi comparaverimus philosophorum, quibus nihil ex illo fonte haurire licuit, opiniones de rebus divinis (v. *Jacobi* Abhandlungen über wichtige Gegenst. der Relig. n. XV. XVI.); adducere saltem possit (cf. supra p. 80), ut de libris, qui in rebus ad religionem pertinentibus tam longe praestant inter scripta vetustiora, praeclare existimemus, eorumque narrationes (§. 6—13. 19. c). 21. d). 22. g) de singulari quadam procuratione Dei tanto aequius audiamus & expendamus, cum praesertim ipsa illa doctrinae de Deo excellentia, quae sacrarum literarum in omni antiquitate propria est, non abhorreat ab hac sumtione, quod sacrarum literarum auctoribus eorumque majoribus et civibus Dei cognitio propius quam ceteris admota fuerit. cf. *Hessii* Bibl. der h. Gesch. P. II. p. 113. ss. D. *Westphal* meditationes philos. et theolog. argumenti Lips. 1790. n. XVII.

§. 28.

Etsi nulla necessitas intelligitur assumendi plures deos, sive res conditas spectemus *a)*, qua patent nobis, ita nexas inter se, ut facile possint *b*) ab uno auctore & domino pendere, sive rationem habeamus naturalis illius expectationis nostræ (§. 18. g), cui plures dii, inter quos imperium morale comminiscendo dividere aliquis posset *c*), ne satisfacerent quidem, nisi temere sumtis pluribus dominis hæc certe unitas tribuatur, ut exquisite inter se consentiant: pluris tamen in re (Deut. VI. 4. Marc. XII. 29) tam gravi, quæ ad augendam pietatem erga Deum ejusque admirationem unicam ac singularem inferendam (Deut. VI. 5. Marc. XII. 30) tanti momenti est, ipsius Dei testimonium facimus, quo nostra suspicio *d*) unitatis Dei confirmatur (Deut IV. 35. 39. XXXII. 39. Es. XLIV. 6. XLV. 5. 6. 14. 21. s. XLVI. 9. Ps. LXXXVI. 10. Jo. XVII. 3. V. 44. 1 Cor. VIII. 4—6. *e*) Rom. III. 29. s. 1 Tim. II. 5. cf. Jac. II. 19. 1 Tim. I. 17. Jud. 25), ut *certo* (§. 27) sciamus, *unum solum* Deum esse. Quod si enim dominus & auctor mundi (§. 20) ab alia rursus caussa ortus esset atque penderet, vel consociatis cum alia quadam natura consiliis &

viribus mundum effecisset ac regeret, hunc dominum vel socium pro sua intelligentia (§. 22) nosset profecto. Atqui neminem novit (Es. XLIV. 8), qui vel prior ipso ac superior (XLIII. 10) vel socius operis ejus esset (XLIV. 24). Jehovah, Deus Israëlitarum, est *Jehovah unus* (Deut. VI. 4. coll. Marc. XII. 29), h. e. Jehovah, auctor & dominus mundi (§. 20), unus solus est talis *f*), qualis est, qui Jehovah dicitur, perfectio gloriosissima & laudatissima (כבוד, תהלה), quæ nomine Jehovæ appellatur, non potest communicari cum alia natura (Es. XLII. 8), nemo dominus præ Deo (ΜΟΝΩ δυναςη) dominus est, sed imperio Dei (τȢ κυριȢ των κυριων) subjectus est, quisquis imperat (1 Tim. VI. 15), nemo, comparatus cum Deo (ΜΟΝΩ σοφω, cf. Rom. XVI. 27), sapiens est, quantumvis licet sapientia excellat, nemo, si cum Deo conferatur, bonus est (Marc. X. 18. cf. Iob. IV. 18. cum XV. 15). Nulla natura est, cujus excellentia præ divinæ naturæ excellentia non sit nihili pendenda, tantum abest, ut superare eam vel assequi possit.

a) v. *Platnerum* (Philosoph. Aphorismen P. I. §. 1143. p. 464. ed. 1784.) & *Michaelis* (Dogm. §. 41. p. 176).

b) Ad proprietates divinas, aliunde cognitas, vel ea, quæ pugnare videantur, consentire *posse*, supra (§. 18. a). §. 23. 24. e) vidimus.

c) v. *Flattii* Briefe über den moral. Erk. Gr. der Rel. p. 76. cf. *Kantii* Relig. innerhalb der Grenzen der blossen Vernunft. p. 179. f.

d) Quod ei deest ad firmitatem & evidentiam (v. b. *Jacobi* Abh. über wichtige Gegenstände der Rel. n. XVI. P. III. p. 105. ss.), id alia (cf. *Kant* Crit. der Urtheilskraft §. 85. p. 398. f. §. 86. p. 410) ratione non potest (not. c) liquido suppleri, quam Dei ipsius testimonio (§. 27). Unde nec miramur (v. *Kant* §. 85. p. 400), unitatem Dei ab iis, quibus testimonium divinum non innotuit, saltem (§. 19 c) per traditionem (v. *Koeppen* P. I. p. 40. f. P. II. p. 309—321), omnino non agnitam vel certe notionem ejus multis modis contaminatam fuisse (v. *Jacobi* l. c. p. 66. ss. n. XV. P. II. p. 160. ss.).

e) v. über den Zweck Joh. §. 95.

f) Illustrari potest hæc ploce (cf. Jo. III. 31) aliquot Esaiæ locis (XLV. 5. f. 18): "ego (Jehovah v. 1. 3. 18) sum *Jehovah*, *neque est alius* Jehova." Ibi enim Jehovæ nomen de Jehova prædicatur sic, ut Jehovæ *magnitudo*, quæ tales tantasque res præstare ac prædicere possit (v. 1—3. 7. f. 19—21), quæ coeli terræque effectrix sit (v. 18), tribuatur ipsi & *soli* quidem, ut negetur, *alterum* Jehovam esse, magnitudine similem ipsius. Nomen Dei *proprium* (Jehovah) usurpatur eodem sensu, quo appellativum *Dei* nomen, ut verba: *ego sum Jehovah*, *nullus alius* (*est Jehovah*), idem valeant, ac verba, quæ v. 5.

continuo subjecta sunt: *praeter me non est Deus*, ut hoc sibi velint: nullus alius est id, quod ego, Jehovah, sum, in neminem cadit notio Dei, sive ea, quae cadit in me.

§. 29.

Cum Deus a nemine ortus sit (§. 28), vivit *per se* (Joh. V. 26), quumque vita ejus sit *necessitas* naturae ipsius (1 Tim. VI. 16) *a*), nec finire vitam (Ps. CII. 25. 27. 28. Deut. XXXII. 40. Dan. XII. 7. cf. Ap. X. 6) aut defici viribus & mutari (Ps. CII. 27. 28. *b*) potest, quapropter ἄφθαρτος dicitur (Rom. I. 23. 1 Tim. I. 17), nec coepit esse (Ps. XC. 2), uno verbo, *aeternus* est (Rom. I. 20).

a) Quum ἀθανασία Deo *soli* tribuatur, non intelligitur immortalitas, quae omnibus animis communis est, sed necessitas vivendi absoluta, h. e. ejusmodi vita, quae non modo non desinet, sed quae non potest non esse, quae non desinet, quia necessaria est, eamque ipsam ob caussam, propter quam non desinet esse, nec esse coepit, ne multa, ζωὴ αἰώνιος (1 Jo. V. 20. I. 2. coll. v. 1. Jo. I. 1—3. unde patet, αἰώνιον illud *retro* respicere, cf. über den Zwek Joh. p. 385. 437. f.). Quoniam vero immortalitas *absoluta* Deo *soli* propria est, mentes, a Deo creatae, non *necessario* immortales sunt, sed, ut coeperunt esse, ita etiam desinerent ac interirent, si auctor earum, qui volvendo effecit, ut essent, aliquando nollet, ut pergerent esse.

b) Propter hanc ipsam naturae divinae & virtutis ejus immutabilitatem etiam *decreta* Dei hoc certius immutabilia (§. 26.) sunt.

§. 30.

Quatenus naturae, propter virtutes, quibus excellunt, magno aestimatae, ut comparantur ad Deum, omnes nihili sunt (§. 28.), divina natura vocatur *sancta* (Es. VI. 3. Ez. XXXVIII. 23. Ps. XXII. 4. XCIX. 3. 5. 9. CXI. 9 cf. Apoc. IV. 8), hoc est (Ex. XV. 11. Ps. LXXVII. 14. Es. XL. 25. cf. Ebr. XII. 10. a). 1 Sam. II. 2), sejuncta ab omnibus aliis (1 Tim. VI. 16) & incomparabilis (Ps. LXXXVI. 8—10. LXXXIX. 7—9. CXIII. 5. CXLVIII. 13), sive ejus sanctimonia (1 Petr. I. 15. 16. *a*) & justitia (Es. V. 16) spectetur, sive potentia (Ps. LXXVII. 14. coll. v. 12. f. 15. ss. XCVIII. 1. 1 Petr. III. 14. f. cf. Luc. I. 49) sive alia quaeque perfectio. Haec sanctitas naturae divinae, vel, ut alio verbo utamur, quod philosophi & theologi usitatius fecerunt, *infinitas* illa (cf. LXX. Ps. CXLV. 3) & immensitas (cf. Iob. XI. 7—9) naturae divinae, si ex potentia spectetur, *omnipotentia b*) vocatur, intelligentiae ratione habita, *omniscientiae c*) nomen invenit. Vtriusque virtu-

tis respectu *d*) *omnipraesentia* Deo attribuitur, & propter infinitam benignitatem suam, ad quam nulla caritas, ne summa quidem, comparari potest (Matth. VII. 11. Es. XLIX. 15), beatissimus (1 Tim. 11. VI. 15), qui non indiget alterius *e*), sed unde omnia *f*) pendent (Rom. XI. 34. ss. Act. XVII. 24 f.), idem πασα χαρις (1 Petr. V. 10), αγαπη (1 Jo. IV. 8. 16) dicitur *g*).

a) Quemadmodum Deus, in omnibus partibus excellens super ceteras naturas (§. 28.), etiam *respectu habito ad sanctimoniam, distat ab omnibus;* ita populi, quem a ceteris segregavit (II. 9), vita quoque & animus *a ceterorum hominum consuetudine sejungi* debet, ut hactenus quoque (cf. Lev. XX. 22. f.), non modo per beneficiorum usuram (cf. v. 24) divinus populus *a reliquis distet*, sive *sanctus sit*. cf. v. 26.

b) Cum Deus nemini subsit, eique universim perfectione nemo par sit (§. 28), itaque nec potentiam sanctissimam (§. 30) vincere aut retinere aliquis possit (Es. XLIII. 13. Jo. X. 29. Rom. VIII. 31. 35. ss. 1 Cor. XV. 27); nihil Deo impossibile est (Gen. XVIII. 14. Luc. I. 37. Jer. XXXII. 27. Marc. X. 27), sed, quicquid vult, id efficit (Es. XLVI. 10. f. Ps. CXXXV. 6. CXV. 3. Eph. I. 11). Et tanto quidem absolutior est potentia divina, quod (Ps. XXXIII. 9. coll. 6. cf. Apoc. IV. 11. Jer. XXXII. 17) universi non architectus modo et opifex, cujus arbitrium in fabricando & gubernando

mundo materia rerum circumscribere posset, sed talis auctor est Deus, ut qua materiam, qua formam rerum effecerit volendo (§. 31).

c) Eorum quoque possibilium (cf. § 22. e.), quæ numquam existunt, nihil effugere Deum, ipsius testimonio (Jer. XXXVIII. 17—20. 1 Sam. XXIII. 11—13. Matth. XI. 21. 23) discimus (§. 27).

d) Cujus *efficientia* (Am. IX. 2. f. Act. XVII. 27. f.) & *cognitio* (Ps. CXXXIX. 6—12. Jer. XXIII. 23. f.) nullo loco exclusa vel adstricta (1 Reg. VIII. 27. coll. Es. LXVI. 1. Joh. IV. 20—24. Act. XVII. 24) est, is omnipræsens dicitur. Ipsam vero substantiæ divinæ relationem ad ea, in quæ uspiam agit quæve uspiam videt, a nobis intelligi non posse, mirari desinimus, quando vel humani spiritus præsentiam ex sola efficientia rerumque, quæ certo loco sunt aut fiunt, animadversione judicare cogimur, ipsam vero præsentiæ formam, quæ in substantiam spiritus, incognitam nobis, conveniat, nullo modo perspectam habemus. cf. *Michaelis* Dogm. §. 39. p. 174.

e) Vivit enim per se (§. 29).

f) Cum Deus *solus* vivat necessario (§. 29. a); reliquarum omnium rerum vita *dependens* est, quumque *necessarius* parens, in quo consistere liceat mente, *praeter Deum nemo* reperiatur (§. 29. a), omnis tandem vita pendet *ex Deo* (Joh. I. 1. 4) sed & ceterorum, quæ sunt expertia vitæ, uno verbo, omnium universe rerum idem auctor est (§. 31. b). Ceterum quo minus aliis indiget Deus (not. e), quoque majorem in omnia, tanquam perfectissimo

ſenſu (not. b). §. 33. a) ſua (v. laudati *Michaelis* Gedanken über die Lehre von Sünde und Genugthuung §. 5), poteſtatem habet (Iob. XL. 6—XLII. 6. Rom. IX. 20. f.), eo majore admiratione indebitam ejus benignitatem (1 Joh. IV. 10. 19. Rom. IX. 23) & patientiam (v. 22. cf. Diſſ. II. in ep. ad Col. not. 165) meritiſſimo ipſius afficimus.

g) v. Obſſ. ad anal. & ſynt. hebr. p. 234. 22. f.

LIBRI SECUNDI

CAPUT ALTERUM

DE CREATIONE ET PROVIDENTIA.

§. 31.

Hic Deus, quod ipſa notio Dei (§. 20), uberius nunc explicanda, oſtendit, cœlum ac *a*) terram (Gen. I. 1. Ps CXXI. 2. CII. 26), hoc eſt, mundum (Act. XVII. 24), ſive (Col. I. 16. Jer. X. 11. 12. coll. v. 16) *univerſum* (1 Cor. VIII. 6. Rom. XI. 36. cf. Ebr. II. 10. III. 4), cum viſibilia tum inviſibilia (Col. I. 16), tum ea, quæ vivunt (Joh. I. 4. cf. §. 30. f.), tum cetera quoque omnia (Joh. I. 3. *b*), *creavit* ſeu *c*) *volendo* (Ps. XXXIII. 6. 9. Eſ. XLVIII. 13) *effecit, ut eſſent*, quæ *nihil fuerant* (cf. Ebr. XI. 3. e), ſed mera divinæ voluntatis virtute (cf. Eph. I. 11) *orta* ſunt (Gen.

I. 1 *d*) Jo. I. 1—3. XVII. 5. 24. Eph. I. 4. 1 Petr. I. 20. Ps. XC. 2. Nam & prior illa materia (Gen. I. 2.), unde hæc terra noſtra formata *e*) eſt (v. 3. ſs.), non erat æterna *f*), ſed a Deo pariter cum ceteris rebus creata (v. 1), ſeu (not. c) volendo effecta.

a) Quum *tellus* conſtet ex *aqua & continente* (Gen. I. 9 ſ.), pro cœlo ac *terra* (tellure) etiam cœlum & *aqua* (mare) & *terra* (continens) appellatur Ps. CXLVI. 6. Act. XIV. 15. cf. Apoc. X. 6. XIV. 7. Neh. IX. 6.

b) v. über den Zwek Joh. p. 183. ſ.

c) Ita verbum ברא Gen. I. 1. (cf. Ebr. XI. 3. b)—d) in epiſtola ad Hebræos (XI. 3. c), & *ἐκτίσθησαν* in Apocalypſi (IV. 11. cf. Ebr. VIII. 2. n) explicatur. *Modum* hujus effectionis & naturam voluntatis creatricis intelligere non poſſumus. (cf. *Jacobi* über die Lehre des Spinoza in Briefen an den Herrn Moſes Mendelsſohn ed 2. p. 400. ſs. & *Heydenreich* Betrachtungen über die Philoſ. der natürl. Relig. T. II. p. 153. ſs.), ſed & imperfecta illa creationis notio, quæ certe priorem creatione materiam et externum quodvis adminiculum excludit, meræque virtuti divinæ opus cetera inexplicabile tribuit, magni tamen eſt momenti (l. c. p. 156. ſs. cf. ſupra §. 30. b). f).

d) cf. Ebr. XI. 3. d).

e) Ipſa tamen hæc formatio non prioris materiæ effectus naturalis, ſed ejusdem efficacis voluntatis ſeu potentiæ divinæ opus erat (Gen. I. 3. 6. 9. 11.

14. 20. 24), quae & coelum et materiam, unde tellus formata est, creaverat (Ps. XXXIII. 6). v. Comm. in ep. ad Ebr. p. 621. 623.

f) Contra aeternitatem mundi egregie disputarunt b. *Jerusalem* Betrachtungen über die vornehmsten Wahrheiten der Relig. P. I. p. 12. ss. & b. *Jacobi* Vermischte Abhandl. Samml. II. n. I. §. 1. n. II. p. 1. ss. 26. ss. sive P. II. Opp. p. 233. ss. 251. ss. Imo nec necesse quidem habemus negare, quod tellus nostra eo ipso tempore, quo simul cum reliquo universo (coelo Gen. I. 1), sed certis de caussis (§. 32. c) inculta adhuc (v. 2), creata est, *statim* redacta fuerit in formam, v. 3. ss. descriptam, itaque hac formatione telluris nostrae *creatio* ejusdem totiusque *universi* (v. 1) *vix paullo sit antiquior* (II. 1—4. Exod. XX. 11). Nam ad beatissimum & nullius rei indigum (§. 30) Deum, qui certe non creavit ab aeterno, jam nihil magnopere refert, utrum mundus antiquior sit, an recentior (v. *Jerusalem* l. c. P. II. p. 448. ss.), quaeque ad firmandam telluris nostrae longissimam retro antiquitatem e certis rebus, a nature procreatis, ducuntur argumenta, ea non sunt firma ad probandum, quia de caussis ac tempore, ad res ejusmodi producendas necessariis, nihil exacte constitui potest, sed multa aliter existere potuerunt, quam ab iis temere sumitur, qui necessitatem longissimi retro spatii praefracte defendunt. v. b. *Doederlein* Inst. Theol. christ. §. 127. Obs. 1. P. II. p. 449. ed. 5. *Schlegelii* erneuerte Erwägung der Lehre von der göttl. Dreieinigk. P. I. p. 112. ss. *Zoellnerum* in Berl. Monatsschrift. mens. Oct. 1787.

n. 2.

n. 2. & *Car. Ulyss. de Salis Marschlins* Reisen in verschiedene Provinzen des Königreichs Neapel, T. I. (Allg. Lit. Zeit. 1795. N. 66. p. 522. f.).

§. 32.

Quae nascuntur ab aliis, ea tamen referenda sunt ad Deum auctorem *a*), quia Deus creavit, unde oriri possent, & primas quasque res, quae genus propagare poterant, hoc consilio produxit, ut similes aliae ex iis inciperent esse (Gen. I. 28. 22. 11. f. VIII. 17. IX. 1). Similiter beneficia, quae nascuntur a rebus creatis (Hos. II. 21. f.), animantibus vere dantur a Deo (v. 21. *b*), unde res creatae vires suas habent, & hoc quidem consilio *c*) acceperunt, ut prodessent (Gen. I. 14—17. 29. f. VIII. 22. Ps. CIV. 10—24. 1 Tim. IV. 3). Quapropter grates Deo plurimas debemus (v. 3. f. 1 Cor. X. 26. 30. f. Rom. XIV. 6. I. 20. f. Ps. CIV. 1. 33. ss. CXLVII. 7).

a) Act. XVII. 25. (ζωην) v. 28. (εν αυτω εσμεν, cf. Diss. I. in LL. N. T. hist. p. 92). 1 Tim. IV. 3. f. Matth. VI. 30. cf. Ebr. II. 11. Coh. XII. 1. Iob. XXXIII. 4. Apoc. VIII. 9.

b) Ps. CIV. 27. f. CXLV. 15. f. CXLVII. 8. f. 14. Iob. XXXVIII. 41. Jer. V. 24. XIV. 22. Matth. V. 45. VI. 25—33. 1 Tim. VI. 17. Act. XIV. 17. XVII. 25. (τα παντα) v. 28. (εν αυτω ζωμεν, cf. Diss. cit.).

c) Ut angelis, qui telluris formationi interfuisse leguntur (Iob. XXXVIII. 4—7), *consiliorum* Dei creatoris sapientiam *ipso* creationis cujusdam *adspectu* percipere liceret, & ut nobis eadem hoc *distributius* & evidentius, ad limitatæ mentis captum accommodata non minus quam *vera narratione* (Gen. I. 3. ss) ob oculos poni posset, Deus spectasse videtur, quum terram nostram *non momento*, ut poterat sine dubio, verum successione quadam perfecit. v. Comm. in ep. ad Hebr. p. 620. ss.

§. 33.

Et tanto quidem rectius Deo acceptas referimus omnium rerum vires ac utilitates, quod conditus etiam mundus non ex se ipso, sed ex auctore suo pendet *a*). Etenim res creatæ ne potuissent quidem permanere & agere (Ps. CIV. 29. cf. §. 29. a), si Deus noluisset, ut pergerent esse & agere. Eadem ipsa virtute *b*), qua effectum est, etiam sustentatur universum ac *conservatur c*).

a) Qui volendo omnia effecit (§. 31), ejus profecto omnia propria sunt, quemadmodum nemo ulla re sua uti potest; is universi dominus est, quemadmodum nemo ullius rei dominus esse potest (Ps. L. 10—12. Matth. XI. 25. Act. XVII. 24. 1 Cor. VIII. 4—6. cf. über den Zwek Joh. p. 463. ss.).

b) cf. Ebr. I. 3. cum XI. 3. Adde 2 Petr. III. 5. "tellus *divino jussu* (cf Gen. I. 9) ex aqua (v. 2. 9.)

effecta ac producta erat, *divinoque* pariter *jussu* (τω τε θεε λογω), non obstante (cf. Comm. in ep. ad Hebr. p. 526) aqua (cf. Ps. CIV. 6–9. Iob. XXXVIII. 10. f.), *conservabatur.*" Nempe συνεςωσα (sc. ην, cf. Diss. II. in LL. N. T. histor. p. 26) duplice (cf. Ebr. V. 11. i) & Diss. in epp. Paulli min. aliquot loca p. 53) sensu sumitur, & primum, quoad refertur ad praepositionem εξ, *ortum* & effectionem (v. *Kypke* in 2 Petr. III. 5), tum vero, qua spectat praepositionem δια, *conservationem* significat (v. ad Col. I. 17. not. 28), quae etiam 2 Petr. III. 7. τω τε θεε λογω tribuitur.

c) Act. XVII. 25. (πνοην). v. 28. (κινεμεθα, cf. Diss. §. 32. a). citatam). Col. I. 17. cf. Ebr. I. 3. Neh. IX. 6.

§. 34.

Sed dominus mundi (§. 33. a) hunc *gubernat a*) quoque, & mutuas causarum, in ipsa rerum natura obviarum, actiones ad suum consilium dirigit *b*). Cum enim mundus partim quidem ex machina, partim vero ex moralibus naturis constet, & huc quidem auctoris universi principale consilium spectet *c*); suas cujusque mentis liberas actiones curat Deus (§. 17), & reliquum mundum accommodate ad moralem finem moderatur (§. 18. g).

a) Ps. CXLV. 13. LXVI. 7. 1 Tim. I. 17. (v. ad Ebr. I. 2. e). cf. 1 Par. XXIX. 11. f.

b) Eph. I. 11. Col. I. 16. not. 27.

c) Hactenus Deo *specialis* providentia tribuitur, non quo ceteras res minus cognitas habeat aut negligat (Matth. X. 29. Luc. XII. 6), quod ne cadit quidem in Deum, singula quæque intelligentem perfectissime (§. 22. cf. *Michaelis* Dogm. §. 102), sed propterea, quod naturas morales, quemadmodum inferiores, accommodate ad locum cuique in universo assignatum, itaque morales ut nobiliores ipsique conjunctiores (v. 7. Matth. VI. 26. 30. Act. XVII. 28. f.), reliquas convenienter suo loco & fini tractat (§. 18. g).

§. 35.

Jam nos, quibus interior natura rerum tam incognita est, exputare non possumus, an libertas mentium, cui Deus locum relinquere voluit, per ipsam creationem omnia statim sic institui eaque necessitate adstringi passa fuerit, ut, *quamvis in mundo condito nihil porro quidquam Deus efficiat,* sola tamen rerum mundanarum actio & cohærentia mutua divinum consilium perfecte assequatur, an omnino possibilis fuerit ejusmodi machina, quæ & libertati mentium locum daret, & in omni illa diversitate eventorum, quæ pro varia naturarum liberarum actione per vires legesque mechanicas æque omnia existere posse debebant, *per easdem illas vires & leges,* seorsum

ab omni actione divina, satis caveret, ne quid unquam fieret, quod consiliis divinis & singularum mentium rationibus accommodatum non esset. Hoc igitur saltem existimare debemus, expectatum (§. 18. g). h). i) consensum vicissitudinis & status rerum mundanarum cum sua cujusque animi indole & vita, si aliter obtineri non possit, *ab ipsa Dei efficientia* profecturum esse *a*). Neque profecto per hanc sumtionem de gloria vel potentiae vel intelligentiae Dei quidquam detrahitur. Quae enim pugnant inter se *b*), ad ea ne pertinet quidem potentia. Deinde non sumimus de improviso nascentem Deo necessitatem agendi, sed decretam ab aeterno (§. 22) efficientiam in mundo *c*) nec denique, quum in mundo condito Deus aliquid efficit, naturae *leges* perrumpuntur, etiamsi mutetur *cursus* naturae, seu vicissitudo & successio rerum mundanarum alia existat, atque per solas sibique relictas rerum mundanarum actiones mutuas extitura fuisset. Etenim leges naturae non sunt ejusmodi, ut unus aliquis certus eventus per eas utique necessarius fiat, sed conditionibus adstrictae sunt, quae, uti variantur, ita secundum leges naturae diversissimum res nostrae exitum habere possunt.

Velut quotidie secundum leges naturæ alius atque alius eventus existere potest, sive hæc sive alia natura libera vel agat vel non agat, vel sic vel secus agat *d*).

a) Quod *pro impossibili sumendum non esse* supra ostendimus (cf. *Kant* Einzigmögl. Beweisgrund zu einer Demonstr. des Daseyns Gottes p. 84. f. *Stäudlin* Ideen zur Kritik des Systems der christl. Rel. p. 202), id pro *certo* dicunt scripturæ (Phil. III. 21. Act. XXVI. 8. Matth. XXII. 29. XVI. 27. Jo. V. 20 — 29).

b) At fieri potest, ut rerum creatarum mutua actio vel iis legibus adstringenda fuisset, quæ libertati nullum locum reliquissent, & hactenus contra Dei consilium repugnassent, vel, si locus dandus erat libertati, ceteris Dei consiliis obstitura esset, nisi passim eis accommodaretur *peculiari efficientia divina*. Sed incomprehenso Deo aliæ quoque rationes esse poterant, quare nullum cum mundo suo commercium habere nollet & per hoc decretum suum non posset meram machinam fabricari. cf. *Jac. Fosteri* Betr. über die vornehmsten Stücke der natürl. Rel. c. 7. T. I. p. 302. seqq. *Rehkopfii* Lehrbuch der christl. Moraltheol. §. 227. p. 359. Neue Darstellung der christl. Glaubenslehre von D. *Müller* p. 106. f. Biblioth. von Anzeigen kleiner Schriften T. II. P. III. p. 13. Summarische Uebersicht der wichtigsten Religionslehren in Aphorismen. A. 1791. §. 167. Paulus oder Beyträge zur Vertheidigung der Apostel Jesu und zur Beförderung christl. Religiosität und Tugend v. *Hildebrand* P. I. p. 230. ss.

c) v. laudatum *Koeppen* P. I. p. 46.

d) Uti ergo res creatæ liberæ, salvis *legibus* naturæ, sua efficientia *cursum* rerum sæpissime mutant, ita etiam Deus, salvis legibus naturæ, vel ipse potest in condito mundo efficere vel suo jussu certas mentes, ut angelos (Act. XII. 7—11. V. 19. s. cf. Diss. II. in LL. N. T. histor. p. 84. ss. l), impellere ad efficienda naturali sua vi ea, quæ absque Dei actione (efficientia aut jussu) extitura non fuissent & unde porro consequatur rerum alius cursus. Si quis enim statuere vellet hanc legem naturæ, ut in condito mundo res creatæ solæ agant, Deus nihil efficiat, temere profecto sumeret id ipsum, quod versatur in quæstione. v. *Koeppen* l. l. p. 140. ss. & Supplement aux Lettres sur l'état présent du christianisme par A. J. *Roustan* p. 81. ss.

§. 36.

Non modo temere improbabilem haberi (§. 35), sed *veram* omnino atque certam esse divinam (§. 35. d) in condito mundo efficientiam, *miracula* probant *a*), seu effectiones extraordinariæ (§. 5. f). 10. extr. §. 21. d), quæ cum certo consilio, ex ipsis pariter, atque ex aliis effectionum extraordinariarum speciebus, constanter & æqualiter (§. 8. g) elucenti, directæ (§. 19), at manifesto non in humana potestate fuissent (§. 8. f), itaque (not. c) consilium naturæ intelligentis, humana superioris, arguissent, tum ad Deum auctorem perspicue & nominatim *b*) fuerunt relatæ *c*).

a) Luc. I. 35—37. Eph. I. 19. f. Act. X. 38. Jo. XI. 41. f. V. 17. (cf. über den Zwek Joh. p. 196.) v. 36. XI. 25. f. Act. IV. 9. f. (cf. §. 44. extr. §. 82. d). 1 Cor. XII. 7—11. cf. supra §. 8. 10. m). p. 55). Qui miracula ducunt ab incognitis caussis *naturalibus*, ad conciliandam legatis divinis auctoritatem (cf. not. e). sub finem), *per ipsam creationem praeparatis*, ii temere sumunt caussas, quas, ut experientia nulla demonstrat, ita nec aliae rationes idoneae persuadent (§. 35), imo quae nec credibiles quidem sunt in summa illa varietate miraculorum, nec personis rebusve certis, quae, si in ipsis unice miracula extitissent, eventis, a miraculorum administro quodam praesensis atque praedictis, jam ante videri possent praeparatae fuisse, nec certis eventorum generibus, quibus *limitatae* naturae facultas sufficere videri citius queat, adstrictorum, sed liberrime, prout occasio, etiam maxime fortuita, tulisset, patratorum (§. 8. f) g). §. 21. d). v. Relat. Tubing. 1789. p. 772. ss.

b) Velut per significationem expressam eorum hominum, per quos evenerunt miracula (§. 8. h). §. 10. m). Interdum ipse miraculorum effector primarius, Deus, vel superior certe natura, quae jussu (§. 35. d) divino egit, nullius humanae vocis interventu, se praesentem exhibuit (Joh. I. 32. f. V. 37. Matth. III. 16 f. XVII. 5. Act. IX. 3—7. XXVI. 13—16. Luc. I. 11. ss. 26. ss. Act. XII. 7. init. v. *Koeppen* l. c. p. 156. ss.), sed, ut hominum divinitus missorum *internus* sensus, quo ducti persuasum habebant, peculiari auxilio Dei se adjuvari, confirmatus fuit eventis, quae manifesto nec opinata (§. 5. e).

f). g) nec ab humana voluntate & vi profecta esse poterant (§. 8. f). §. 10. m), ita etiam, oculis, auribus *externo*que sensu perceptis, signis praesentiae Dei vel angeli fidem fecerunt inde nexa & ejusdem hominis, quem talia visa spectarunt, reliquae vitae intexta (Joh. I. 52. cf. Diss. I. in LL. N. T. histor. p. 81. s.) aut cum ipso statim illo sensu conjuncta (Act. IX. 8—18. Luc. I. 13. 24. 20—22. 36. 39. ss. II. 12. 16. Act. XII. 7. extr. v. 8. ss.) ejusmodi eventa, quae manifesto in humanae opinionis arbitrio posita non erant & quorum vel efficiendorum vel cognoscendorum potestas non erat penes hominem. Similiter ea quoque eventa extraordinaria (v. c. Matth. XXVII. 50—53. 1 Sam. V. VI. 2 Sam. VI. 7), quae non responderunt expectationi divinae efficientiae, nominatim provocatae a legato divino, recte tamen divinae efficientiae, non casui (§. 8. g), tribuuntur, quoties per ipsam naturam suam necessario referuntur ad personam aut rem, in qua singularem Dei opem & procurationem expectare licet *universe* per expressam significationem (Jo. X. 36. Num. IV. 17—20), miraculis abunde confirmatam (Jo. X. 37. s. 1 Sam. VI. 6. Deut. XXXIV. 10. ss.).

c) Haec definitio non (§. 37) in omnes effectiones, *praeter naturam* effectas, universe valet, sed in eas maxime, quae sunt *indicia* & argumenta (§. 37. a) effectionum, quas certi homines, ut Jesus & apostoli, intus in animo suo divinitus effectas perhibent. Negari certe non licet, *posse* Deum in animo humano praeter naturam efficere certas notitias (v. *Kantii* Relig. innerhalb der Grenzen der blossen Vernunft p. 218. 142. 188. f. *Schmidii* Versuch

einer Moralphilosophie p. 99. f. ed. 2), eundemque similiter efficere *posse* firmam (§. 7. a) persuasionem de harum notitiarum origine divina, non naturali. Hæc autem res, in facto posita, *aliis* persuaderi non potest, nisi vel in eorum quoque ipsorum animis eadem via, h e. divinitus præter naturam, ejusmodi persuasio efficiatur (l. c. p. 102), vel externa facta accedant, quæ naturali via, h. e. experientia & historia magistra, cognosci, sed *argumento* esse possint, veraces fuisse illos viros, qui divinam in ipsorum animis efficientiam confirmaverint. Jam si homines, per se non indigni fide (§. 7), ab ejusdem Dei efficientia, unde repetierunt doctrinæ suæ originem (§. 6. 9. f.), etiam duxerunt (§. 8. i). §. 10 m) *spem effectionum, in sensus incurrentium*, quas hominum, quantumvis licet ingenio aliisque rebus excellerent, naturali virtute similiter effectas fuisse, in omni memoria inauditum est, quasque in humana potestate non esse, nostrorum quoque temporum communis experientia firmat; si ad hanc *alteram* spem atque persuasionem (πιστιν §. 38. d), qua ducti extraordinarias effectiones promiserunt atque prædixerunt (§. 8. p. 34), eventus, quamvis incredibiles, re tamen vera (§. 5) & sine ulla fraudis suspicione (§ 8 f.), non semel ac iterum, sed constanter (§. 8. g) responderunt: quis quæso nisi morosus & iniquus disputator, *priorem* illam persuasionem de divina origine notitiarum ab ipsis traditarum, quamvis *possit* esse firma, nihilo tamen minus vanam citius quam veram esse confirmet? Veritas atque firmitas *interni Jesu & apostolorum sensus* hacque conscientia nitentis judicii de doctrinæ ipsorum divina origine ceteris, cum quibus illa conscientia *commu-*

nicari non potest, satis profecto commendatur atque probatur eventorum maxime incredibilium *conspicuo* & constante consensu cum praevia miraculis (v. supra p. 34) declaratione expectationis (πιστεως §. 38. d) Jesu & apostolorum, quae pariter nitebatur *interno horum virorum sensu*. Divinus Spiritus, *quatenus efficit* (Act. X. 38. Matth. XII. 28. §. 82) per legatos Dei *res conspicuas*, quas ab aliis hominibus effici non posse omnium temporum experientia loquitur, hoc documento comprobavit, se, quamvis *non adspectabilem*, vere tamen adfuisse hominibus, quorum doctrina ad ipsum auctorem (Jo. III. 34. extr. cf. Luc. IV. 14. f.) relata fuerit, horumque virorum doctrinam non minus, quam effectiones adspectabiles, suam (Jo. III. 34. init.), eoque nomine veram (v. 33) esse, se, *quoad docuit* per legatos Dei, veracem esse (1 Jo. V. 6. cf. über den Zwek Joh. p. 227). Neque suspensos nos tenere debet imbecillitas nostra ad miracula, quae vocant, *absoluta* a *relativis* secernenda ac internoscenda (v. *Schmidium* l. c. p. 108). Vtrumlibet elige; integrum certe manebit *consilium firmandi persuasionem* atque professionem administri miraculorum *de divina in ipsius animo efficientia*, quod non conjicimus, sed ipsi miraculorum administri diserte professi sunt (§. 8. a). b). g). §. 10. p. 51. f. §. 19). Jam hoc consilium Jesu & apostolorum, tot tamque variorum miraculorum constante successu, qui profecto haud fortuitus erat (§ 8. g), adjuvari non potuisset, nisi vel dotes ipsis natura fuissent insitae, super ceterorum hominum dotes longissime excellentes, vel miracula, quae per eos evenerunt, altioris cujusdam & humanitate superioris naturae effectiones fuissent. Si naturae dominus, in

cujus potestatem, nulla naturæ necessitate adstrictam, summa illa effectionum Jesu & apostolorum varietas inprimis convenit (not. a), miracula, de quibus quærimus, patravit, uno verbo, si miracula fuerunt *absoluta;* consilium eorum, per quos miracula facta fuerunt, Deus sua ipsius efficientia secundavit, eoque ipso internam suam in eorum animis efficientiam, cujus firmandæ consilium secuti sunt, confirmavit. Quodsi vero *relativa* miracula sumere malis; *vel* a spiritu, hominibus superiore, sed *divino jussu* (§. 8. h) patrata sunt, quo posito, *Deus* tamen adjuvit & probavit consilium Jesu & apostolorum, divinam in ipsorum animis efficientiam talibus eventis confirmandi, quemadmodum *Deus* Jesum æque declaravit Christum, sive hoc *ipse* (Jo. V. 37. cf. 2 Petr. I. 17) edixerit, ut Matth. III. 17. XVII. 5. sive *per angelos* promulgaverit, ut Luc. II. 9—14. I. 30—33. *vel* miracula Jesu & apostolorum extraordinariis, sed *naturalibus* eorum dotibus, non dicam, quam probabiliter (not. a), tribuenda sunt. Sed ne hoc quidem opinionis commentum eo valet, ut *auctoris naturae* consilium a consilio *Jesu* (§. 8. a). b). g) *diversum* fingere liceat. Cum enim ipsa etiam *forma* miraculorum Jesu *ad doctrinam*, quam his effectionibus confirmare propositum ipsi fuerat, *exquisite consentiat* (§. 8. g); ipsa dotis naturalis, unde miracula profecta fuisse perhibentur, indoles haud ambigue docet, auctoris naturæ universæ, & hujus nominatim dotis naturalis, consilium *non alio quam ad doctrinam* Jesu, spectasse. Cum præterea ex etiam res extraordinariæ, quas ab aliis, iisque permultis, hominibus, ut apostolis, aliisque (Luc. X.

17) discipulis Jesu, nec non a discipulis apostolorum (§. 10. n), imo ab iis etiam, qui in discipulis Jesu ne professi quidem fuissent nomen suum (Marc. IX. 38. f. Matth. VII. 22. cf. supra p 38), effectas legimus, ad eandem illam *Jesu* (Marc. VI. 7. Act. III. 16. IV. 7—10. 30. IX. 34. Luc. X. 17. Marc. IX. 38. f. Matth. VII. 22. cf. Rom. XV. 18. f.), &, quod re ipsa idem est, ad suspensam (Jo. XIII. 20. XIV. 13. 14. XV. 4. 7. f. Act. III. 12—16. 2 Cor. IV. 5. cf. §. 9. 10) ex *auctoritate Jesu* apostolicam (v. Nov. Repert. P. III. p. 346. ss.) *auctoritatem* firmandam *omnes* pariter accommodatæ fuissent: de consilio facultatis talia patrandi, licet *naturalis esset*, dubium tamen esse non posset. Quo enim alio fine, nisi eo, ut *auctoritas & doctrina Jesu* firmaretur, quo igitur consilio, nisi eodem, quod Jesus ipse secutus atque professus est, ab auctore naturæ possint insitæ fuisse dotes extraordinariæ, in tam *multis* hominibus ad *divinam Jesu auctoritatem* firmandam *aequaliter conspirantes*, *eaque conditione* sic *adstrictae* (Marc. IX. 39. 1 Cor. XII. 3. cf. Proleg. in epp. ad Cor. p. 67), ut v. c. Paullus insitas, si placet, dotes extraordinarias *non conferre posset ad defendendam* (Gal. I. 14) *veterem disciplinam* contra (v. 23) christianam, sed *tum demum* (Act. IX. 17) conspicuus fieret ejusmodi dotibus, quum inservirent *auctoritati ac doctrinae Jesu* confirmandæ, quæ *impugnari* ab ipso *non miraculis*, sed vinculis tantum & suppliciis potuerat? Quamquam vero ne postrema quidem hæc sumtio, quantumvis improbabilis (not. a) *auctoritatem Jesu & apostolorum* evertit; ei tamen consilio, quo supra (§. 36) testati sumus miracula, ea tum demum (cf. §. 35. d) servire

fatemur, quum vel *abſoluta* vel *prioris* generis relativa miracula ſumuntur.

§. 37.

Si locum habet in mundo condito divina efficientia (§. 36. a); *ab eadem* proficiſci etiam *poſſunt* eventa, quae *miracula a*) *dicere* propterea (§. 36) non licet, quod vel extraordinaria non ſunt *b*), vel certe, quum conjuncta non ſit perſpicua ſignificatio divinae efficientiae, ad eam nec fidenter referri queunt *c*).

a) Etiamſi extraordinaria ſint, & mirationem faciant, tamen, dum explicatus *ancipites* habent, eorumque cauſſa efficiens non *certo* cognita eſt (not. c), peculiaris efficientiae & procurationis Dei argumenta & *indicia* non ſunt, quemadmodum (§. 8. h). 36. c) *miracula* (σημεια Joh. VI. 26. 30. 2 Cor. XII. 12. cf. Marc. XVI. 20. 17). Neque id neceſſe eſt, quoties eventum aliquod non contingit ad fidem faciendam (§. 8. 10. extr.) aſſertionis (§. 6) legati divini, de inviſibili in ipſius animo efficientia divina confirmantis, ſed hoc proprie agitur, ut fiat illud ipſum, quod evenit, ubi ergo noſtra non tantopere refert (§. 39) internoſcere providentiam, peculiaris illa fuerit, an ne communis.

b) Eventus quamvis per ſe *non inſolens*, certo tamen loco ac tempore per *incognitas* nobis rerum mundanarum actiones & cohaerentiam impoſſibilis fieri *poteſt*, niſi *divina efficientia intercedat*. Deinde *conſtant* etiam effecta, quae ex divina efficientia pen-

dere non tam ex re ipsa arguimus, quam ex solo Dei testimonio cognoscimus (§. 115. h), quae nec admirationes efficiunt insolentia (cf. Diss. de Spiritus S. in mentibus nostris efficientia §. XX), neque tam conspicuo modo (§. 5. f) 8. f) g) peraguntur, ut per se ipsa deducant ad quaerendam caussam superiorem, uno verbo, quae non sunt *indicia* (not. a) peculiaris efficientiae Dei.

c) *Extraordinarii* eventus, maxime singuli (§. 8. g), quamvis e cognito nobis ordine rerum explicari nequeant, pendere *possunt* e casu, quem nescimus intervenisse, vel potius ex *incognitae* nobis caussae *naturali* actione.

§. 38.

Hoc ita esse, vel ideo sumendum est, ut precandi officio (Luc. XVIII. 1—8. Ps. L. 15. Phil. IV. 6, cf. Rom. XV. 30—32) retinendo nobis ipsi consentiamus. Quamquam enim preces non propter Deum (Matth. VI. 8), sed hominum gratia praescriptae sunt *a*): moralis tamen utilitatis fructum, quem praebent *b*), capere non possumus, nisi ardenter & serio precemur, studium vero & ardor precandi frigescat necesse est *c*), nisi persuasum nobis fuerit, Deum respicere (aut respexisse saltem in ipsa mundi constitutione) preces nostras (Luc. XI. 8. ss. 1 Petr. III. 12. Ps. XXXIV. 16. 18. CXLV. 18. f). Atqui hoc satis firme persuasum habere nequeunt, qui,

hanc legem constitutam esse, fingunt, ut in mundo condito vel omnino nihil efficiat Deus, vel certe non agat nisi admodum raro, quum miraculo (§. 36. 37. a) viderit opus esse. Cum enim naturalis rerum cursus magnam partem pendeat ex liberis actionibus rerum mundanarum (§. 35. d), quae nostram rem nec curant nec intelligunt quidem, neque etiam in ipsa mundi constitutione si liberae esse debebant, divinitus adstringi poterant (§. 35. b) iis legibus, ut necessario certa quadam ratione agerent, non alia; metui locus relinquitur, ut cursus rerum precationi & saluti nostrae respondeat, nec nisi dubitanter (cf. Jac. I. 6 s.) sperare licet, fore, ut Deo per legem, qua cursum rerum naturalem, quamvis nostrae precationi & utilitati non consentientem, divina actione interponenda alio dirigere vetetur, integrum sit (vel fuerit) nobis consulere. Si Deus huc maxime putetur spectare (et in ipsa statim constitutione rerum spectasse), ut cursus rerum sibi soli relinquatur, verendum est, ne per hoc ipsum consilium nostras preces & utilitates respicere (vel respexisse) nequeat. Quod si autem in ipso quoque condito mundo omnia integra ac libera sunt Deo (Marc. XIV. 36. coll. Matth. XXVI.

Ps. LXXXVI. 6—10), confidere licet, quicquid tandem ferat cursus rerum, ea nominatim posse contingere nobis (Rom. VIII. 28. 31. ss. 1 Petr. V. 7. cf. Ebr. XIII. 5. 6.), quae flagitet respectus ad petitionem nostram vel certe ad precationis justae *d*) vim sententiamque, h. e. ad ea, quae sapientissimus intelligat prodesse nobis.

a) v. Rationem, qua Christus usus est in commendando precandi officio, declaratam & assertam a Theologo Vitebergensi, D. *Nitzsch* p. 13. ss. 38.

b) l. l. p. 8. ss. b. *Michaelis* Moral P. I. p. 222.

c) v. *Nitzschium* l. l. p. 37. ss.

d) l. c. p. 44. 48. Ipsa natura fiduciae in Deum postulat, ut consilium Dei pro sapientissimo & optimo habeamus, neque igitur ea, quorum desiderium cum ipsa pietate necessario conjunctum (Luc. XI. 13) non est, precibus nostris, quibus ceterum includi recte possunt (Matth. VI. 11. XXIV. 20. Phil. IV. 6. 1 Petr. V. 7), tali animo contendamus, qui petita simpliciter, sed qui ea conditione (Matth. XXVI. 39. Rom. I. 10. cf. XV. 32) velit, si Deus convenire nobis judicet, quae convenire nobis videntur, id quod non raro secus esse potest (2 Cor. XII. 8. f. cf. *Michaelis* Dogmatik p. 668). Quorum precibus respondebant miracula expectata (Jo. XI. 42. 22. XIV. 12—14. Act. VIII. 15—17. IX. 40. XXVIII. 8. cf. Diss. II. in LL. N. T. histor. p. 54. & Jac. V. 15. ss), in iis effecerat Deus (1 Cor. XII. 7. 9. 11) persuasio-

nem (πιστι v. 9. Marc. XI. 22 — 24. cf. Nov. Repert. P. III. p. 322. ss.), hæc nominatim eventa, quæ contenderent a Deo, ipsius consilio respondere. Sed peculiari illa scientia, qua miraculi administro opus erat (§. 36. c), ut agnosci posset miraculum, nos destituimur (cf. Diss. II. in LL N. T. histor. aliquot locos ad Marc. XVI. 17), & sufficit nobis persuasio generalis (§. 39) de providentia *Dei*, nostris rebus & necessitatibus consulente. cf. Relat. Tub. 1793. p. 372. ss.

§. 39.

Si Deo etiam in condito mundo nunquam non integra potestas est agendi (§. 37. f.), sequitur illico, nihil evenire, quin volente Deo & congruenter ipsius consilio eveniat. Cum enim nihil accidere possit nisi conscio (Matth. X. 29. Luc. XII. 6. Ps. CXXX X. 1 — 15) & præsciente (v. 16. Act. XI. 28. XX. 23. XXI. 11. &c) Deo (§. 22), neque etiam cursu rerum adstrictus sit Deus; ea, quæ cursui rerum permittuntur, non hac solum de caussa fiunt, quod ita tulerit cursus rerum, quem Deus intactum relinquere constituisset, sed quod gubernator (§. 34) cursus rerum hæc nominatim eventa, quæ sua efficientia mutaturus alioqui fuisset *a*), sapientissimo & optimo *b*) suo consilio viderit convenire. Quapropter in omnibus *c*) Dei consilium & pro-

videntiam rectissime sumimus *d*), tametsi peculiaris efficientiae divinae nullum vestigium apparet (Act. XXVI. 22. coll. XXI. 31. ss. Phil. II. 27).

a) Veluti Jacobus non mortuus est invito Deo vel injussu ejus (ανευ θεου Matth. X. 29. cf *Kypke* in l. c. & *Josephi* διχα θεου L. II. de bell. jud. c. 8. §. 7. nec non διχα των επιτροπων §. 6 paullo ante his verbis declaratum: μετα των επιμελητων προσταξαντων). Nam si caedes hujus apostoli (Act. XII. 2) consilio divino obstitisset, integrum erat Deo, mortem *aeque a Jacobo* & Petro (v. 6. ss.) depellere.

b) *Tali* consilio divino non tantum in molestiis, quibus afficimur, & incommodis (malo *physico* §. 23), sed et in ipsa mali *moralis* permissione locus relinquitur. Cum enim sine moralibus naturis universi dignitas & praestantia maxima nullum locum habuisset (§. 18. g), libertas vero in creatis, nec absolute perfectis (cf. ob. XV. 15. IV. 18), moralibus naturis cum facultate peccandi conjuncta sit; ipsa optimi perfectio, divina igitur sapientia & bonitas flagitavit, ut essent, qui peccare *possent*. Quo minus re ipsa peccent, *moraliter* Deus impedit, variisque modis (Gen. II. 16 f. III. 3. Rom. II. 14. f. I. 32. Luc. XVI. 29. ss. Matth. XI. 20. Jo. XV. 22—24), ut nolint, quod pravum, velint, quod bonum est, impellere solet (§. 24). Si contra decernant, atque oportebat, consilio pravo hactenus quidem, ut perfici non possit, etiamsi mutua rerum mundanarum cohaerentia (Act. XXI. 31. ss. XXIII. 16. ss.) improbo proposito impediendo per se non

sufficiat, sua certe efficientia (XII. 6. ss. 1 Reg. XIII. 4. ss. cf. Matth. II 13) Deus obstare potest. Quoniam vero prava voluntas, quamvis a perficiendo consilio extrinsecus prohibita, non continuo ipsa emendatur, & morales naturae, quarum actio interpellatur, hac via plerumque nec meliores nec beatiores efficiuntur, imo, si pravus quisque conatus refutaretur omnesque pravi actus per vim externam impossibiles redderentur, ipsa libertate & conjuncta voluptate ac dignitate privarentur mentes, quia denique mali etiam actus praeter opinionem peccantis (Es. X. 7. ss. 1 Cor. II. 8) aliorsum pertinere atque cadere & sapientissimis Dei consiliis peragendis servire (Es. X. 5. s. 12. 15. Luc. XXII. 37. Act. IV. 27. s. cf. Apoc. XVII. 17) possunt (Philem. 15. Gen. XL. 5—8): creberrime peccata non impedit Deus. Sed consilium, quo *Deus* peccata permittit, ab improbo & poenis digno (Es. X. 5. 12. ss. Matth. XXI. 38. ss. XXII. 6. s. 1 Thess. II. 15. s.) consilio eorum, quorum peccata Deus permittit, longissime diversum est optimumque (Act. III. 14—18. Gen. L. 20.). v. Obss. ad anal. & synt. hebr. p. 28. *Jacobi* Betrachtungen über die weisen Absichten Gottes a. VII. P. I. p. 280. ss. *Griesbachii* Anl. zum Studium der popul. Dogm. §. 80. *de Marées* Gottesvertheidigung über die Zulassung des Bösen. P. II. p. 228. ss.

c) Etiam in iis, quae mutua rerum mundanarum actio efficit, consilio divino locum esse, exemplo eventorum patet, quae, tametsi humano consilio (Es. X. 7. ss. Matth. XVII. 12) omnia geri videbantur, divinitus praedicta fuerunt cum significatione certi consilii divini (Es. X. 5. s. 12. 15. Amos. III.

6. 7. a. Luc. XIX. 42—44. XI. 49—51. XXI. 22. Matth. XX. 28). v. Die Bibel ein Werk der götti. Weisheit von *Koeppen* P. I. p. 263. ss.

d) Universam hanc notionem persuasam habere sufficit animo, qui bene de sapientia (Es. XL. 28) & bonitate Dei existimare didicit, tranquillando (1 Petr. V. 7), licet in singulis rebus Dei consilium assequi aut nominatim definire crebro nequeamus (§. 22. a). Inprimis vero cavere debemus, ne secundis rebus, quae saepius incitare demum ad μετάνοιαν debent (Luc. XIII. 8. f. Rom. II. 4), &, nisi obsequamur huic consilio Dei, in tristem sortem converti denique possunt (v. 5. Luc. XIII. 3. 5. XVI. 25), tanquam certo argumento probitatis nostrae efferamur, neve adversas res, cum ipsi iis conflictamur, iniquo in Dei benignitatem (§. 23) animo feramus; quum alios iis affictari videmus, continuo gravioris alicujus sceleris & impietatis indicia esse putemus (Luc. XIII. 2—5): quod, quia varium moderantis adversa Dei consilium esse potest (§. 24. c), parum amanter & saepissime falso existimatur (Iob. XLII. 7. 8. Jo. IX. 2. 3. Matth. V. 11. f. 1 Cor. IV. 9—13).

§. 40

Haec providentiae Dei fiducia nec desidiam nec temeritatem alit. Neque enim nisi tum (§. 39), quando cursus rerum divino consilio repugnat, peculiarem sumit Dei efficientiam. Atqui nos judicium de consiliis divinis arrogare nobis non possumus (§. 22. a). §. 38. d)

hoc autem certo scimus, ignaviam nostram 1 Thess. IV. 11. 2 Thess. III. 6. ss. Luc. XVI. 10—12. Matth. XXV. 26) & temeritatem (Math. V. 5—7) improbari Deo, neque igitur caussam esse sperandi, fore, ut naturalibus horum vitiorum consequentibus (Prov. VI. 9—11. XXIV. 30. ss. XIII. 4. XXI. 5) obstet peculiaris Dei efficientia. Nobis constanter agendum est, quod nostrum esse intelligimus, sive peculiaris efficientia Dei, qua utrum de consilio Dei opus sit, nec ne, per nos ipsi existimare haud possumus, accedat a) forte, seu nulla intercedat.

a) Humana periculis praesidia quaerere ne tum quidem destitit Paullus (Act. XXVII. 31. 34), cum de exitu salutari persuasum ipsi esset divino monitu (v. 23—25). Quia constabat, divinum consilium spectare ad salutem navigantium, simul constabat, humanam circumspectionem & operam eodem spectare debere.

§. 41.

Quum in administratione humanarum rerum singulare & nobis hominibus inprimis memorabile documentum extet providentiae divinae, proprius de ea dicendi locus (L. III. c. II. L. IV) destinatus est nobis. Quoniam vero eadem de natura divina, de qua secun-

do libro praecipere constitutum est, nonnulla patefecit nobis, quae ex creatione & communi providentia intelligi non licet, in extremo hoc libro separatim de hac caussa videndum est.

LIBRI SECUNDI

CAPUT TERTIUM

DE DEO PATRE, FILIO ET SPIRITU SANCTO.

§. 42.

Christus, quo specialis illa (§. 41) Dei providentia administro usa est (§. 6 — 8. 65. 84. ss.), non solum ut homo (§. 75) spectatur, sed & ut antiquior *a*) ortu suo humano (Joh. VIII. 58. I. 15. 30.) *b*), imo ut prior mundo (I. 1—3. XVII. 5. 24) *c*), omninoque ut aeternus (1 Jo. I. 2. *d*) cf. Ebr. I. 10 — 12. Apoc. XXII. 13. *e*). Divinam (cf. 1 Joh. V. 20. Ap. XXI. 6. Es. XLIV. 6. XLVIII. 12. & §. 29) hanc proprietatem & alia Dei (§. 30. b). §. 22) attributa (Phil. III. 21. Jo. X. 28 — 30. *f*) 1 Cor. IV. 5. cf. Apoc. II. 23), juxta cum nexo inde honore ac cultu (Jo. V. 23. *g*) XIV. 1. 13. 14. *gg*) 1 Cor. I. 2. Act. VII. 59, f. *h*) Rom. X. 9 — 14. cf. Apoc. V.

8. ss. & §. 78), Dei proprio i), etiam Christo tribui, eo minus mirandum est, quod ipsa etiam *notio veri Dei*, quae in sacris literis exhibetur (§. 20. 33. s.), cum eodem Christo solet communicari Joh. I. 3. 10. k) Col. I. 16. 17. l) cf. Ebr. I. 10. 2. m) v. 3). Ex his proclive est judicatu, quo sensu n) dicatur o) *Deus* (Jo. I. 1. XX. 28. s. p) cf. 1 Jo. V. 20. q) Rom. IX. 5. r) Ebr.. I. 8. z). 2 Petr. I. 3. s).

a) Praeter humanam naturam (σαρκα Rom. I. 3. IX. 5), quae adspectabilis fuerat (cf. Jo. VI. 42), inesse in Christo *aliam quandam*, confirmant loci Jo. VI. 62. XVI. 28. VIII. 14. III. 11—13. 31. f. VI. 46. 33. 38. 50. f. VIII. 23. XIII. 3. 1 Cor. XV. 47—49. cf. Ebr. XII. 25. & *Doederlein* Opusc. Theol. p. 63 ss. Atque etiam locus controversus 1 Tim. III. 16. si quis lectionem Θεὸς repudiet, hoc saltem (ex lectione ὃς) dicit, fuisse in Christo naturam diversam ab homine imbecillo, in quo se conspiciendam praebuerit. v. Progr. in h. l. Tubing. 1788. Addi potest quod Christus saepe *ab hominibus disjungitur* (Gal. I. 1. 10 — 12. 1 Cor. VII 22. s. Eph. VI. 6. s. Col. III. 23. s. cf. Ebr. VII. 28). v. *Dionys. van de Wijnpersse* Betoog der waare en eeuwige Godheid van onzen Heere Jesus Christus tegen hedendagsche Bestrijdingen. p. 32. s. Universe haec scriptio, quae legitur in Actis Societatis Haganae pro defendenda rel. Christiana, A. 1792. Belgice editis, egregie docet, quantopere *universus tenor orationis* N. T. ab ea opinione, quod Christus nihil nisi homo fuerit,

abhorreat, et quam mirifice contra cum doctrina, in qua probanda hæc §. 42. versatur, consentiat.

b) v. Diss. III. in LL. N. T. histor. aliquot locos p. 50. ss. über den Zwek der evl. Gesch. u. der Briefe Joh. p. 425. ss.. 5. ss.

c) v. l. c. p. 430. ss. 427. ss. & *Mori* Epit. theol. christ. p. 61. n. 2. add. Col. I. 17. not. 28.

d) v. über den Zwek Joh. p. 385. s.

e) v. Neue Apol. der Offenb. Joh. p. 381. s.

f) v. über den Zwek Joh. p. 438. ss. add. Joh. X. 18. II. 19. coll. Act. II. 24. 32. III. 13. 15. V. 30. 1 Cor. VI. 14. XV. 15. & Comm. in ep. ad Ebr. p. 596. cf. 2 Petr. I. 3. της ΘΕΙΑΣ ΔΥΝΑΜΕΩΣ αυτου (ιησου του κυριου ημων v. 2. coll. v. 16. & Comm. cit. p. 417).

g) v. über den Zwek Joh. p. 196. ss.

gg) Jubentur apostoli v. 13. 14. *ad honorem* (*εν ονοματι*, cf. §. 43. d) *Christi*, h. e. sic *precari*, ut ipsi confidant (v. 1) tanquam *daturo petita*. *Per Filium*, precibus suorum satisfacturum, magnitudo Patris (cf. v. 7 — 9. §. 44. e) se exserere debebat (v. 14).

h) Loci laudati auctoritatem habent cum *divinam*, quo partim apostoli sententiam (§. 10. s.), ipsius etiam Paulli exemplo confirmatam (v. c. 2 Cor. XII. 8. s. 1 Thess. III. 11. 2 ep. II. 16. 17. III. 5. Rom. I. 7. 1 Cor. I. 3. 2 ep. I. 2. Eph. I. 2. VI. 23. 1 Tim. I. 2. 2 ep. I. 2. Tit. I. 4), partim viri, hoc saltem tempore (Act. VII. 55. s.) divinitus afflati, exemplum afferunt, tum *historicam*, quod *aetate apostolica* Christum ab *omnibus* christianorum ecclesiis (1 Cor. I. 2), etiam Palaestinensibus (Act. VII.

59. f. IX. 21. cf. etiam v. 14. cum v. 15. 16. 17), quæ postea desciverunt partim ab antiqua fide, pro Deo cultum fuisse testantur. v. über den Zwek Joh. p. 523. ss.

i) cf. Es. XLII. 8. XLV. 22. add. f. Jer. XVII. 5. ss. Matth. IV. 10 et l. c. p. 505. ss. At Christi cultus tantum abest ab *idololatria*, ut *ab hac ipsa* tanquam verior cultus *disjungatur* (1 Cor. VIII. 4—6. 1 Thess. I. 9. f. cf. not. l) & 1 Joh. V. 20. f. not. q); v. D. *van de Wijnpersse* l. l. §. XVII. p. 174. ss.

k) v. über den Zwek Joh. p. 432. ss.

l) v. *Langium* zur Beförd. des nüzl. Gebr. des W. A. Tellerischen Wörterbuchs des N. T. P. III. p. 52. ss. *Fattii* Commentat. de Deitate Christi §. IX. *Oertelii* Christologie p. 649. ss. & supra §. 33. b). Ceterum & 1 Cor. VIII. 6. Christus ut auctor & dominus universi describitur. v. über den Zwek Joh. p. 463. ss.

m) v. laudatos Viros, *Langium* l. c. P. IV. p. 115. ss. & *Flattium* p. 78. ss. add. über den Zwek Joh. p. 457. ss.

n) Hoc nimirum sensu (not d). & seqq.), ut habere & posse dicatur, quæ Deus habet & potest, ut divinæ naturæ perfectio ipsi adscribatur, quod & aliis locis firmatur (Phil. II. 6. Col. II. 9. f. 19. Jo. XVI. 15. V. 19—21. cf. über den Zwek Joh. p. 196. f.). Quæ in contrariam partem dicta videri possint (XIV. 28. X. 35. f. XVII. 3. 1 Cor. VIII. 6. XV. 28), ea illustrata sunt l. c. §. 94—96. Diss. de notione regni coelestis p. 24. ss. a *Flattio* nostro l. c. §. XV—XVII. & a D. *van de Wijnpersse* l. l. §.

XIX. p. 193. ss. §. XIII. maxime p. 117. ss. §. V. p. 28. s. §. XII. p. 100. ss.

o) Uti Christo est nomen ΘΕΟΣ, ita aliis etiam, quae *idem dicunt*, nominibus appellatur 1 Jo. I. 2. coll. V. 20. Jo. XIII. 19. VIII. 24. 28. (cf. über den Zwek Joh. p. 200. ss.). 1 Cor. VIII. 6. (not. l). X. 4. (cf. Ebr. XII. 26. o) & *Michaelis* ad 1 Cor. p. 232. s.), ipsumque nomen *Christi* ut *divinum* tractatur 2 Cor. XI. 10. Rom. IX. 1. (cf. Notit. histor. epp. ad Cor. interpr. servientes not. 159). Tandem & ea, quae libri V. F. de *Deo* praedicant, ad *Christum* transferuntur Jo. XII. 41. cf. Ebr. I. 10—12. XII. 26. & Diss. I. in LL. N. T. histor. p. 87.

p) v. über den Zwek Joh. p. 452. ss. 441. ss. 205. ss. Novam prioris loci interpretationem, in *Pauli* Memorabilibus P. I. p. 27. ss. propositam, confutat Allg. deutsche Biblioth. T. CVII. p. 271. s. cf. Relat. Tub. 1792. p. 323. s.

q) v. über den Zwek Joh. p. 445. ss. 231. ss.

r) v. *Noesselti* Opusc. Fasc. I. n. VI. §. VII. ss. *Koppe* in h. l. p. 194. ss. *Michaelis* in eundem p. 93. ss. *Eckermanni* Theol. Beytr. T. I. P. III. p. 156. ss. Adde observationem *Artemonii* (Init. Ev. Jo. restitut. P. I. c. XLII. §. III. n. 2. §. VII. p. 230. 237), quod doxologia hic in summa Paulli *tristitia* (Rom. IX. 1. 2) & in commemoratione *amissionis* (v. 3. 6—8. 31. ss. X. 19. ss.) praerogativarum (IX. 4. s.), quibus cives apostoli gaudere poterant, locum commodum non habeat. Deprecatio (X. 1), non doxologia, affectui scriptoris conveniebat (Jac. V. 13). Hac ipsa difficultate etiam celeb. *Justi* interpretatio la-

borat, quae quidem verba ο επι παντων ("major omnibus, qui ante memorantur, & unde το κατα σαρκα ortus est, *majoribus*," cf. *Artemonium* l. c. p. 231) ad *Christum* refert, sed reliqua: θεος ευλογητος &c. pro laudatione (doxologia) *Patris* habet (Memorab. cit. p. 11. ss. cf. der Brief an die Römer in einer Uebers. mit Anm. von *Herzog* p. 41. 87. & *Oertelii* Christologie p. 211. ss.). Accedit, quod praedicatum ευλογητος in ejusmodi laudatione constanter praeponi solet non a Paullo tantum (2 Cor. I. 3. Eph. I. 3), sed & ab aliis scriptoribus (1 Petr. I. 3. Luc. I. 68. 2 Macc. XV. 34. Ps. LXVIII. 36. &c. cf. ingentem vim exemplorum apud *Trommium* voc. ευλογητος). *Stolz* (Erläuterungen zum N. T. Heft 3. p. 157. f.) in contrarium urget locum τον ε. Ps. LXVIII. 19. ubi legatur: κυριος ο θεος ευλογητος, ευλογητος κυριος ημεραν καθ' ημεραν. Sed hebraici textus collatio docet, verba κυριος ο θεος v. 19. respondentia hebraicis יה אלהים, ab voce ευλογητος repetita (v. 20) esse disjungenda, et vertenda: Dominus (est) Deus. Neque nostro v. 19. sed v. 20. legitur ברוך (ευλογητος). Quodsi vero excipias, cur igitur ευλογητος, quod in hebraeo *semel* legitur, ab Alex. versione *repetatur*, respondemus, interpretes non vidisse, quid sibi velint verba extrema v. 19. ideoque ex v. 20. repetiisse quidem ευλογητος, sed quam *desperabundi* id fecerint, ostendisse, quum idem tamen *suo loco* (v. 20.) denuo expresserint, probe sentientes, id sejungi non posse ab insequente nomine divino. Fatentur LXX, ברוך pertinere *de more* loquendi ad *sequens* ארני (κυριος), sed cum putassent, יה אלהים carere sensu: *supplevere* ex propinquo v. 20.

ברוך, quod vero *temere* fecerunt, ideoque, si versio (quae fere omnes veteres interpretes vexavit, unde tam varia sibi indulgent h. l.) corrigi debeat, intelligere debes: "*Dominus est Deus laudandus, laudatus sit Deus.*" Et dubitamus philosophari (v. *Justi* l. c. p. 24. s.) contra grammaticum argumentum. Quamquam enim nos promiscue dicimus: Gelobt sey Gott! &: Gott sey gelobt! usus tamen necessaria reddere potest, quae per se libera erant. Veluti pro formulis: Gott sey Lob! sive: Lob sey Gott! necessario dicimus: Gottlob! haudquaquam: Lobgott! Similiter usu invehi potuit necessitas praeponendae vocis ברוך (Ps. LXVIII. 20. &c.). Quod si vero Paullus n. l. ab auctorum hebraeorum & hebraizantium perpetua consuetudine voluisset eo consilio recedere, ut significaret, nominis *Dei* praecipuam rationem habendam esse, interposito verbi substantivi vel indicativo, quo etiam LXX. utuntur (Ps. CXIX. 12. Dan. III. 26), vel optativo, cavere saltem debuisset, ne vocabulum εὐλογητος videretur epitheton esse praecedentis nominis Θεος, cum substantivo suo ad superiora trahendum. Maneat ergo, ne extrema quidem verba loci nostri, quo universe aliena est laeta gratiarum actio, pro laudatione Dei Patris habenda esse. Si vero superiorem certe formulam: ὁ ὢν ἐπι παντων, non simpliciter ad *omnia* referre velis, ut *omnibus rebus superior* (Eph. IV. 6.) dicatur Christus (I. 21. f. Act. X. 36), utpote (cf. Ebr. I. 3. f.) Deus adorandus; sed in alteram sententiam interpretari malis, quam *Justi* praeivit: Paullus haec dixisse putandus est, Christum superiorem esse majoribus Judaeorum spectatissimis, ut-

brum de fide & officiis christianorum p. 262) e locis N. T. qui pro baptismo εις το ονομα ΤΟΥ ΠΑΤΡΟΣ ΚΑΙ ΤΟΥ ΥΙΟΥ ΚΑΙ ΤΟΥ ΑΓΙΟΥ ΠΝΕΥΜΑΤΟΣ baptismi *in Chrystum* proprie (εις το ονομα Act. VIII. 16. XIX. 5. εν Ιυ επι τω ονοματι ιησ X. 48. II. 38. εις χριστω Gal. III. 27. Rom. VI. 3) mentionem faciunt. Quis enim non videt, hujus usus loquendi caussam quæri posse in brevitatis studio (v. *Niemeyeri* popul. und pract Theol. p. 364), quo eodem ducti scriptores sacri etiam breviore formula utuntur & baptismum *simpliciter* commemorant (Act. VIII. 12. s. XVI. 15. XVIII. 8)? Quod si vero ipsa Domini baptismum instituentis, verba ad compendium conferre volebant, non primam formulæ partem (εις το ονομα τε ΠΑΤΡΟΣ), quæ sola christianum cultum a judaico non satis distinguit, sed insequentem alteram usurpare debebant, quæ per se sola dicit baptismum, qualis a Christo institutus erat (Matth. XXVIII. 19). cum *ad honorem* (not. d) Christi baptizare non possit, qui baptizando repugnat *ipsius instituto* & jusso. Ceterum baptizatos εις το ονομα τε κυριε ιησε (Act. XIX. 5) ad hunc modum baptizatos fuisse, ut insimul etiam v. c. de *Spiritu S.* inaudirent aliquid, e. v. 2. s. intelligitur: Neque etiam obscure cum Filio *Patrem et Spiritum sanctum* respicit mentio baptismi, quam Tit. III. 4—7. legimus. Et *Justinus* quoque (Apol. II. p. 94. ed. Colon.) narrat, veterrimos christianos baptizare consuevisse επ' ονοματος τε ΠΑΤΡΟΣ των ολων και δεσποτε θεε και τε σωτηρος ημων ΙΗΣΟΥ ΧΡΙΣΤΟΥ και ΠΝΕΥΜΑΤΟΣ ΑΓΙΟΥ. Si *Marcion* hanc formulam aliquo loco (v. *Tellerum* l. c.), qualem nos reperire non possumus, re quidem

dem vera rejecisset, id profecto contra αὐθεντίαν loci, e Matthaeo allati, nihil probaturum esset, cum auctoritas formulae apud Matthaeum, *quamvis lectae*, apud spretorem *universi hujus evangelii* (v. über den Zwek Joh. p. 258. 263) nulla esse potuerit.

d) Εἰς το ονομα (Matth. XXVIII. 19) vertendum esse videtur: *ad honorem* (Phil. II. 9. i). Ebr. I. 4. m), & reliquas etiam (not. c) formulas dicendi, tum ἐπι (cf. ἐπι Gal. V. 13. 1 Thess. IV. 7. Eph. II. 10) tum ἐν ονοματι (cf. Mich. IV. 5. Phil. II. 10. k) in eandem partem interpretari licet (Diss. I. in LL. histor. N. T. p. 89). Imo etiam verba εἰς χριστον (not. c) idem dicunt, quod *in honorem* Christi (§. 16. a). Jam honos, qui in baptismo haberi debet *Filio*, non merus doctoris (cf. 1 Cor. X. 2) honor est. Quod si enim haec formula: εἰς το ονομα τε vis in istam partem accipienda esset, non tam absurdus (I. 13. 15) fuisset baptismus *in honorem* (εἰς το ονομα) magni doctoris, Paulli. Sed honos, quem Christus in baptismo sibi voluit haberi, est honor *Filii* (Matth. XXVIII. 19. Gal. III. 26 s. coll. IV. 4—7. cf. Act. VIII. 37). Suae quidem doctrinae fidem vult tribui (Matth. XXVIII. 19. f. cf. Act. XVIII. 8. XVI. 15) sed tanquam doctrinae *Filii*, qui *ut Filius* (Joh. I. 18. III. 31. ss. 11 — 17. Col. I. 13 — 22. Matth. XXVIII. 18. f. cf. Ebr. I. 2. ss) & longissime *inter omnes doctores* legatosque Dei *excellit* (1 Cor. I. 13—15), & ΣΩΤΗΡ ac *Dominus* est (v. 13. Rom. VI. 3. Eph. V. 23 — 26. Act. XVI. 31 — 33. cf. VIII. 16. τε κυριε): ecclesiae. Ex his judicare licet (§. 82. c) a). §. 78. h), honorem, quem Christus a suis baptizando ex-

hiberi jussit sibi, omnino *divinum* (1 Cor. I. 18. coll. v. 2. & Act. XXII. 16) esse, qualem & ipse flagitaverat (Joh. V. 18—23. X. 28—33. §. 42. g). f) ante baptismum institutum (Matth. XXVIII. 19), & apostoli quoque hoc saltem tempore (v. 17) didicerant praestare (Luc. XXIV. 52. Jo. XX 28. cf. *Michaelis* Erkl. der Auferst. gesch. Christi p. 356. & über den Zwek Joh. p. 443). Cum aliunde (§. 42) jam constet, Christum pro *Deo* habendum atque colendum esse, honor, qui *Filio* in baptismo habetur, *idem* (V. 23) est, ac qui praestatur in baptismo *Patri*, quemque *divinum* (1 Petr. III. 21) esse nemo dubitat (§. 44). Uti circumcisio declarabat, Jehovam esse Deum posterorum Abrahami (Gen. XVII. 10—14. coll. v. 1. 7. f.), hisque vivendum esse in honorem (בשם Mich. IV. 5) Jehovae Dei sui, his Jehovam pro Deo colendum esse: ita (§. 112. f.) baptismus in honorem (ονομα) Patris & Filii declarat, Patrem & Filium esse Deum christianorum, quem colere debeant ac consulere ipsis liceat. cf. επερωτημα εις θεον 1 Petr. III. 21. & Comm. in ep. ad Ebr. p. 529. f.

§. 44.

Filius, etiam ut nondum conjunctus cum homine Jesu, a Patre (1 Jo. I. 2. Jo. XVII. 24. *a*) sic distinguitur (XVII. 5. I. 1. f. coll. 1 Joh. I. 2), ut discrimen, non in sola cogitatione, sed in re positum, agnosci oporteat *b*). Sed cum aeque Filium (§. 42) & Patrem (1 Cor. VIII. 6. Joh. XVII. 1. 3. I. 1. 2. coll.

v. 18. & 1 Joh. I. 2) pro *Deo* habere jubeamur, Deus vero non nisi *unus* (§. 28) sit; verum illud ac reale discrimen non licet sumere tantum, ut plures uno Dii cogitentur *c*). Omnipotentia Filii (Jo. X. 28. §. 42) non alia, sed eadem (v. 30) atque Patris (v. 29) est. Omniscientia (XVI. 13. coll. 1 Cor. II. 10. s.) Filii (Jo. XVI. 14) eadem ipsa est, quae Patris (v. 15). Universa perfectio divina *d*), quae Patris est, eadem *e*) inest in Filio (Col. I. 19).

a) v. Comm. in ep. ad Hebr. p. 8. s.

b) Non ὁ θεος, quoad distinguitur ab eo ὁ λογος, sed ὁ λογος ὁ προς αυτον (Joh. I. 1. 2) homo factus est (v. 14. cf. v. 18), non nominatim Pater, sed ἡ ζωη ἡ αιωνιος, quoad erat προς τον πατερα, hominibus se exhibuit (1 Jo. I. 2). v. über den Zwek Joh. p. 471. ss. 489. s.

c) l. c. p. 470. ss.

d) Intelligimus perfectionem eam, quam notio Dei (§. 20) continet, tametsi non negamus, insignem divinitatis perfectionem in triplici (§. 46) illo discrimine Patris & Filii & Spiritus S. atque §. 44. e). §. 45) in conjunctionis horum trium arctissimo vinculo sitam esse. Sua cujusque *propria* est *haec nominatim* interior relatio ad reliquos, sed, quia cuique propria est certa *relatio ad reliquos*, divina perfectio non in eo seorsum ponitur, quod unius, v. c. Patris, proprium est, sed hujus proprii necessi-

tudine cum eo, quod reliquorum, e. c. Filii & Spiritus S. proprium est, continetur. At *communis* est Patri, Filio & Spiritui S. *divina* hæc perfectio, vere a duobus differre & necessario cum iis conjungi. cf. *Flatt* l. c. p. 97. ss.

e) Et hactenus in homine Jesu, cum quo ὁ λόγος θεὸς se conjunxit (Jo. I. 1. 14. 1 Jo. I. 2), ipse etiam Pater se exhibuit (Jo. XIV. 7—9), quippe enim Pater ab eo, qui est homo factus & in humana natura hominibus se exhibuit (not. b), nullo modo dividi ac divelli potest (v. 10. f. X. 38. 30). cf. l. c. p. 196. 478. ss.

§. 45.

Ut Filius, qui in homine Jesu se exhibuit, in formula baptismi cum Patre conjungitur ideo (§. 43. d), quod distinctus quidem a Patre, sed unus cum eo (§. 44) Deus est (§. 42): sic etiam Spiritus S. qui magnum opus a Christo coeptum persecutus est (§. 9), Patri & Filio in laudata formula *a*) eandem ob caussam adjungitur, propterea nimirum, quod & ipse similiter a Patre & Filio distinctus, sed utrique conjunctissimus (Jo. XV. 26. Matth. X. 20. Rom. VIII. 11. coll. VI. 4. Rom. VIII. 9. f. Gal. IV. 6. 1 Petr. I. 11.) & juxta cum iis unus ille (§. 28) Deus est, quem (1 Petr. III. 21. §. 43. d) baptizati debent consulere & colere. Verum alibi quoque cum

a Filio & Patre distinguitur (Joh. XIV. 16. XV. 26. XVI. 13—15), tum ad Deum refertur (1 Cor. II. 11. *b*), eademque ipsi, ut Patri & (Jo. XVI. 14. f. §. 44) Filio, omniscientia *c*) tribuitur (v. 13. *d*) 1 Cor. II. 10).

a) v. etiam 2 Cor. XIII. 13. 1 Cor. XII. 4—6. 1 Petr. I. 2. cf. Jud. 20. 21. De loco 1 Joh. V. 7. cf. Relat. Tub. 1785. N. 72. *Griesbachii* Bemerkungen über des Herrn Geh. Raths *Hezel* Vertheidigung der Aechtheit der Stelle 1 Joh. V. 7. Giess. 1794. 8. quae ipsa scriptio legitur etiam in *Hezelii* Schriftforscher. T. II. P. III.

b) v. etiam 1 Cor. III. 16. & VI. 19. coll. III. 17. 2 Cor. VI. 16. add. Act. V. 3. coll. v. 4.

c) De alia proprietate divina (§. 21) v. 1 Cor. XI. 8. 9. 11.

d) v. *Mori* Epit. theol. christ. p. 66. n. t. 1. & Comm. in ep. ad Hebr. p. 428.

§. 46.

Ergo ab se invicem distinctos Patrem & Filium & Spiritum S. pro uno Deo habemus & colimus (§. 44. f.). Quo autem proprie modo is, qui homo factus est (§. 41. b), ipsiusque amantissimus Pater (§. 44. a) inter se differant, quave nominatim ratione distinctus sit Spiritus S. a Filio & Patre, unde missus & profectus est ad apostolos (Jo. XV.

26) id, ut multa alia, maxime in rebus divinis, nescire nulloque igitur verbo aut modo loquendi perfecte exprimere nos posse profitemur *a*). Atque haec ipsa formae discriminis ignorantia impedit, quo minus explanare *b*) possimus consensum ejus cum unitate Dei, quam, ipsa potissimum auctoritate sacrarum literarum ducti *c*), firmiter tenemus.

a) v. über den Zwek Joh. p. 470. ss. *D. van de Wijnperße* l. l. p. 209. ss. *Griesbachii* Anl. zum Studium der popul. Dogm. §. 62 — 64. *Schlegelii* erneuerte Erwägung der Lehre von der göttl. Dreyeinigk. P. II. Sect. II. p. 89. ss. *Augustini* L. V. de Trinit. c. IX. (Opp. Basil. 1543. T. III. p. 321).

b) Sed eandem ob caussam, propter quam declarari nequit ille consensus, nec impugnari potest ulla idonea ratione. v. über den Zwek Joh. p. 475. ss. *Flattium* l. c. §. XIV.

c) v. supra §. 28. & über den Zwek Joh. p. 470. 231. ss. *van de Wijnperße* l. c. p. 212. ss.

LIBER TERTIUS
DE MENTIBUS CREATIS.

CAPUT PRIMUM
DE ANGELIS.

§. 47.

Ubi de creatione & providentia *universe* vidimus (§. 31. seqq.), proximum foret (§. 41), ut de *nostrarum* rerum initiis & administratione *nominatim* ageremus, nisi inter morales naturas, quorsum mens (§. 25) suprema potissimum spectat (§. 18. g). §. 34. c), excellerent (§. 48) aliae, quae ad nos ipsos aliquid pertinent, quibus in humanarum rerum administratione providentia divina varie utitur (§. 49), cum quibus etiam speramus (§. 62) conjuncte nos aliquando victuros esse *a*).

a) Universe haec doctrina, quod angelorum bonorum sit conjunctio quaedam cum melioribus hominibus, dignitatem horum hominum (Matth. XVIII. 10. Luc. XV. 1. 22) et pretium μετανοιας (Luc. XV. 10) illustrat, ejusque sensum efficit vividiorem.

§. 48.

Magna est (Matth. XXII. 30. *a*) multitudo (XXVI. 53. Luc. II. 13. 15. cf. Ebr. XII. 22. 23. *b*) mentium, quae pro viribus, a creatore insitis longoque ac fideli usu confirmatis (§. 49. b), tum intelligentia & efficacitate (Marc. XIII. 32. 2 Thess. I. 7. *c*) Ps. CIII. 20. cf. 2 Petr. II. 11), tum sanctimonia (Luc. IX. 26. 1 Tim. V. 21) & beatitate (Luc. XX. 36. cf. Ebr. XII. 23. t). u) excellunt (Matth. XVIII. 10).

a) Etiamsi Christus vanas eorum, quibuscum egerit, opiniones suae doctrinae admiscuisse putetur, quod secus esse confidimus (§. 13. b), hoc certe loco nullus suspicioni locus relinquitur. Egit enim Dominus cum Sadducaeis, quorum auribus l. l. haud profecto (Act. XXIII. 8) accommodavit orationem, sed quorum errori circa angelos similiter *contradixit*, atque alteri de mortuorum conditione (Matth. XXII. 29).

b) In tanta societate varios etiam ordines (1 Thess. IV. 16. cf. Jud. 9) esse, per se est credibile.

c) v. Diss. in epist. Pauli min. aliquot loca not. 120.

§. 49.

Hos spiritus universim esse ministros divinae providentiae (Ps. CIII. 20. CIV. 4. *a*), ipsum nomen *angelorum* ostendit (CIV. 4. cf. Ebr.

I. 14. i). Nominatim vero iis injungi negotia, ad *humanas b*) res spectantia, tum certis generibus negotiorum, quae angelis proprie destinata esse leguntur (Luc. XVI. 22. *c*) Matth. XIII. 41. 49. XXIV. 31. *d*), tum alius generis singularibus eventis patet, in quibus angelorum occupationes manifestae exstiterunt (Act. V. 19. f. XII. 7. ss. XXVII. 23. ss. X. 3. ss. *e*) Luc. I. 11. ss. 26. ss. II. 9. ss.). Sed tum quoque, cum nulla angelorum ministeria apparent, fieri nihilo minus posse (§. 37), ut his administris utatur *f*) Deus, propterea sumere licet, quod Deus universe dicitur piorum hominum commodis etiam angelos destinare (Matth. XVIII. 10. Ps. XXXIV. 8. XCI. 11. f. cf. Ebr. I. 14. m). XII. 23. t). Hoc sufficit ad tranquillitatem & officium, tametsi non possumus (§. 37) internoscere beneficia, per angelos accepta. Nam ad tranquillandum animum satis est (§. 38. f.) tenere, non adstrictum esse Deum naturali cursu rerum, sed aliis quoque modis opitulari posse, nec nullius momenti est, harum viarum, quae patent Deo, exemplum aliquod (§. 35. d) videre in angelorum munere. Sicubi Deus revera hanc proprie viam persequitur, nihil nobis necesse est id exacte scire

aut constituere. Neque enim angeli ut domini rerum nostrarum, sed jussi a domino rerum missique (Ps. CIII. 20. CIV. 4. cf. Ebr. I. 13. 14. k) opitulantur nobis, neque fiducia nostra & adoratio ministros auxilii divini, sed eum, cui venerationem & officium præstant angeli (Ps. CIII. 20), dum opitulantur nobis, & cui omnia beneficia referimus accepta, sive per angelos g) sive alia quacunque via obtingant, respicere debet (Col. II. 18. 19).

a) Locum hunc ad angelos pertinere, grammatica ratio persuadet (Ebr. I. 7. y), nec repugnat contextus. Neque enim auctori propositum erat, visibilia Dei opera in universum carmine persequi, sed providentia divina, circa terram (Ps. CIV. 5) versans, quam nominatim (cf. v. 24. 30) exequitur Psaltes (v. 6. ss.), ita describitur, ut præconium *majestatis* (v. 1) domini ac benefactoris nostri item præmittatur (v. 1—4), ut Ps. CIII. ejusdem majestatis prædicatio (v. 19. ss.) excipit descriptionem clementiæ (v. 1. ss.) ejus, qui talis ac tantus est. Atqui præconio majestatis divinæ angelorum commemoratio (CIV. 4) non minus apta erat (CIII. 20. 1 Reg. XXII. 19. Dan. VII. 10), quam reliquorum (Ps. CIV. 2. s.) mentio (v. Es. XL. 22. Ps. LXVIII. 34. s.). cf. *Heinrichs* ad Ebr. I. 7. p. 45.

b) Ut mentes universe tum voluptatis suæ caussa habere debent, quod agant, tum in virtute & scientia proficiunt, dum exercentur officiis: ita etiam angeli proprie ex administratione negotiorum, quæ

Deus ipsis injungit, nominatim ex ministerio, quod in humanis rebus gubernandis Deo præstant, varium fructum capiunt (1 Petr. I. 12. Eph. III. 10. Luc. XV. 10). v. Comm. in ep. ad Hebr. P. II. §. 16. Quid momenti afferat hæc observatio ad utilitatem (cf. supra §. 47) doctrinæ de angelis existimandam, Commentarius citat. p. 632. ostendit. (cf. infra §. 91. l).

c) v. Diss. de parabolis Christi p. 41.

d) Diss. II. in LL. N. T. histor. p. 23.

e) l. c. p. 81. ss. Entw. einer reinen bibl. Theol. von *Ammon* P. I. p. 263. s.

f) v. b. *Mori* Epit. theol. christianæ P. II. §. 2—4. & *Hoepfnerum* über das Leben und die Verdienste des verewigten *Morus* p. 41. s.

g) cf. Apoc. XIX. 10. XXII. 9. & Neue Apol. der Offenb. Joh. p. 388. s.

§. 50.

Pars angelorum *a*), duce *b*) uno, qui *c*) diabolus & Satanas appellatur (Matth. XXV. 41. cf. Ap. XII. 9), peccarunt (1 Jo. III. 8. cf. 2 Petr. II. 4) &, superiore sua integritate ac beatitate amissa *d*), pœnas sempiternas *e*) partim subierunt, partim expectant *f*).

a) Quia pertinent ad classem angelorum (cf. not. d), etiam nunc vocantur *angeli* Matth. XXV. 41. cf. 2 Petr. II. 4. Jud. 6.

b) Quia se a diabolo vocari siverunt in partem defectionis a Deo, & diabolum sequi pergunt, ap-

pellantur οι αγγελοι ΑΥΤΟΥ Matth. XXV. 41. cf. Apoc. XII. 7. ubi etiam ex contrario *stantes cum Michaele* boni angeli dicuntur οι αγγελοι ΑΥΤΟΥ.

c) Etiam Matth. XII. 26. Marc. III. 23. vocabulum σατανας non communicatur cum angelis Satanae, sed pro voce εαυτου (v. 26. Luc. XI. 18) usurpatur (Comm. in ep. ad Hebr. p. 644).

d) Diabolus εν τη αληθεια ουχ ΕΣΤΗΚΕ (Jo. VIII. 44). Ipse ejusque angeli ante, quam fierent pravi, *coelestes* spiritus fuerant (Eph. VI. 12. cf. Diss. de sensu vocis πνευμα not. 70. & Ebr. XI. 31. r), hoc est, puri & beati, quales reliqui angeli etiamnum sunt (Eph. III. 10. Matth. XVIII. 10. XXII. 30) cf. Jud. 6. & Diss. de epp. cathol. occasione & consilio not. 119.

e) Matth. XXV. 41. 46. (§. 58. f). Gen. III. 14. cf. Progr. de proteuangelio p. 18. not. r). & Jud. 6. αιδιοις.

f) cf. 2 Petr. II. 4. Jud. 6. Jac. II. 19. Apoc. XX. 10. & Progr. cit.

§. 51.

Diabolus & primis hominibus auctor suasorque fuit peccati (Jo. VIII. 44. *a*), & pergit esse infenso adversus humanum genus animo (Matth. XIII. 39. 2 Cor. II. 11. Eph. VI. 11. cf. Apoc. XII. 10), pro sensuque isto delicta & perniciem hominum *b*), consociata cum suis angelis (§. 50. b) opera (Eph. VI. 12), gestit adjuvare (Luc. XXII. 31. Jo. XIII. 2. 27. Act. V. 4. Eph. II. 2. VI. 11—13. 16. 1 Cor. VII. 5. *c*) Act. XXVI. 18. cf. Ebr. II. 14. k),

Apoc. XII. 9. XX. 3. 8), illorum contra salutem ceu rem adversam ipsiusque consilio & machinationi inimicam atque probrosam indignatur ac dolet (Jo. XVI. 11. XII. 31. Col. II. 15. Gen. III. 15. cf. Ebr. II. 14. *d*).

a) v. Progr. cit. p. 11. *ss.* Relat. Tub. 1790. p. 137. ss.

b) h. e. miseriae & poenarum inter ipsum & homines communionem (Matth. XXV. 41. XIII. 38. s. coll. v. 42. cf. Apoc. XX. 10. 15). v. Pr. cit. p. 16. ss.

c) Similiter Matth. IV. 3. diabolus (v. 1) vocatur ὁ πειράζων, qui solet ad peccandum sollicitare. cf. Diss. I. in LL. N. T. histor. not. 4.

d) v. Progr. cit. p. 20. s. Ut inimicus iste diaboli sensus in homines *sub oculos subjiceretur*; & opus Christi salutare ex ea etiam parte, quoad humani generis antiquum hostem confutavit ejusque pestiferis consiliis obstitit (Jo. XVI. 11. §. 52. c), luculentius appareret (Matth. XII. 28. cf. Progr. cit. p. 21. s.), ipsisque simul Jesu miraculis manifesta (v. 25 — 32) bonae (cf. v. 24) originis nota imprimeretur (§. 8. h), Christi & apostolorum aetate permissa fuit Satanae (v. 26. coll v. 22. 24. 27. s. Luc. XIII. 16. coll. v. 11. X. 18. coll. v. 17. 20. Act. X. 38) ejusque angelis (Luc. X. 19. cf. Diss. de sensu histor. §. XIV) potestas, certos homines occupandi, hoc est (Act. X. 38. cf. V. 16. & Comm. in ep. ad Hebr. p. 538), morbis afficiendi, Christo autem, ejusque auctoritate etiam discipulis ejus (Matth. X. 1. Luc. X. 17. ss. cf. Marc. XVI. 17), imo aliis

quoque (Matth. XII. 27. § 8. f) data fuit potestas, conspicuae illius efficientiae diaboli *conspicuo modo* frangendae. Extant certe de ejusmodi effectionibus pravorum angelorum, quas Christus compresserit, tales narrationes (v. c. Matth. VIII. 28, ss.), quas in aliam sententiam interpretari nemo commode possit (cf. Diss. de sensu hist p. 42. ss. Relat. Tub. 1787. p. 412. ss. über den Zwek Joh. p. 322. f.), ipsiusque Domini talia pronunciata, in quibus animi sententiam libere profiteri licuisset, quia res ipsi non cum multitudine, sed cum familiaribus discipulis fuerat (v. c. Matth. XVII. 19. 21. Luc. X. 17—20), imo in quibus habuisset etiam (v. c. Matth. XII. 28. 29. Diss. cit. p. 24. f. cf. Allg. deutsche Bibl. T. LXXIV. p. 82), quare contradiceret vulgari opinioni, si contra sensisset. v. *Hessium* über die Lehren, Thaten und Schicksale unsers Herrn p. 257—264. 270. ss. Luculentis vero testimoniis propter solam rei narratae obscuritatem aliquam & modi ignorationem vim facere, non est veri philosophi. v. Comm. in epist. ad Hebr. p. 539. ss. Annott. theol. ad philos. *Kantii* de relig. doctrinam §. II. Ceterum e loco Act. XVI. 16—18. non sequitur necessario, quod *Michaelis* (Dogmatik p. 353. 361. Anm. zu seiner Uebers. des N. T. P. II. p. 375. f.) & *Eckermannus* (Comp. theol. christ. p. 89) cogere volunt, Paulum (v. 18) & Lucam (v. 16) falsae (1 Cor. VIII. 4. X. 19) opinioni verba sua accommodasse. Neque enim necesse est, πνευμα ΠΥΘΩΝΟΣ Act. XVI. 16. cum *Michaelis* (Uebers. p. 287) & *Eckermanno* vertere spiritum *Apollinis*, quem utique & Paulus & Lucas pro mere & fictitio nomine habuerunt,

fed ufus loquendi (v. *Wetstenium* ad v. 16) hanc verfionem patitur: fpiritum *ventriloquae* (ἐγγαστριμύθει). Et *morbo* quodam affecta ex eoque *ventriloqua* fuerat ancilla, nam fi per meram fraudem omnia geffiffet, ejusque fufcipiendæ facultas non pependiffet ex certa affectione, quæ non fuerat penes famulam, Pauli facinus (v. 18) obftare (v. 19) non potuiffet, quo minus priftina fraus etiam deinceps continuaretur. In quo confentientem habemus ipfum *Michaelis* ad v. 16. 18. Sed morbi illius, per quem ancilla evaferat ventriloqua, ut aliorum, a Chrifto depulforum, cauffa poterat effe fita in pravi angeli (πνευματος v. 18) efficientia. Ergo πνευμα πυθωνος idem valet, ac, fpiritus pravus, *efficiens ventriloquam*, ficut πνευμα ασθενειας Luc. XIII. 11. eft pravus fpiritus (v. 16), *efficiens morbum*. Neque obftat, quod genitivus appofitionis (cf. Phil. IV. 9. d). Ebr. VII. 2. l), quem bene explicat gloffema πυθωνα, noftro loco non abftractum nomen eft, quemadmodum in altero Lucæ loco. Nam effecti metonymia pro cauffa (Obff. gt. p. 15) non modo in abftractorum. fed & in *concretorum* nomina cadit. Ut enim πνευμα κωφον, αλαλον Luc. XI. 14. Marc. IX. 25. 17. nihil aliud eft, quam fpiritus, δαιμονιζομενον (Matth. XII. 22) *efficiens mutum*; ita etiam fpiritus, qui eft πυθων, fignificare poteft fpiritum, qui hominem *efficit ventriloquum* (πυθωνα). Cauffa denique, cur *Joannes* de curatis dæmoniacis nullam mentionem habeat, non neceffario quærenda eft in ipfius adæmonismo (cf. *Eichhornii* Allg. Bibl. der bibl. Litterat. T. IV. p. 333. ff.), cui profecto hic apoftolus omnium minime favet (§. 50. 51. 54. e), fed ea potius fuiffe

videtur, quod laudato evangelistæ non esset propositum (v. über den Zwek der evl. Gesch. Joh. §. 1), rerum Christi justam historiam scribere, sed pleraque miracula, in his curationes dæmoniacorum, ex antiquioribus evangeliis cognita sumeret (§. 12. d). Universum Joannis scriptum accommodate ad proprium, quód sequitur, consilium (l. c. §. 19. 7) ex ingenti numero sanationum (VI. 2) *non plures tribus* (IV. 46. ss. V. IX) exponit, in quibus haud profecto miramur, ne unam quidem fuisse, quæ morbum *a daemonio ortum* depulerit.

§. 52.

Sed omnibus illis studiis pravi angeli nihil possunt (1 Jo. V. 18) nisi apud eos, qui per se ipsi (Jo VIII. 44) appetunt ea, quorum studio Satanas fertur, hoc est (1 Jo. III. 8), qui peccatis indulgent. Ut a peccatis quisque sibi cavet diligentissime, ita tutissimus est ab angelorum pravorum noxia potestate (V. 18), & quibus modis tum, cum nullæ a Satanæ insidiæ parantur, obsistere debemus malo morali, iisdem ipsis *a*), non aliis (Eph, VI. 14—18. 1 Petr. V. 8. f.), simul etiam diabolo ejusque angelis resistitur (v. 9. Eph. VI. 11—13. 16. cf. Jac. IV. 7), si forte ad reliquas caussas, quibus ad peccandum sollicitetur aliquis, hoc quoque accedat, ut pravi angeli conferre gestiant ad augendum malum.

malum. Cum igitur per proprium cujusque vitium Satanæ demum aditus ad humanos animos in graviora mala illiciendos detur (1 Cor. VII. 5), ne illa quidem crimina, quæ re vera a pravis angelis adjuvantur & accumulantur, purgare licet accusando diabolo, qui, ut alia quæque externa occasio peccandi, nihil valet, nisi quis sua culpa, quorsum igitur omnia tandem redeunt *aa*), internis peccati caussis (cf. Jac. I. 14 f.) negligat resistere iis modis, quibus pariter opus est, sive intercesserit hoc nominatim loco ac tempore pravorum angelorum machinatio sive nulla accesserit. Prius autem illud in singulis facinoribus ne possumus quidem internoscere aut pro certo sumere *b*), ut sumunt pro certo, qui utuntur excusatione per se vana. Sed *universe* tamen fieri posse ac solere (§. 51), quod in *singulis* caussis *nominatim* definire non licet, ideo *c*) tenendum est, ut, memores avidorum in mala nostra (1 Petr. V. 8. Eph. VI. 16) hostium, quorum vi ac arte (v. 12. 11) malo morali indulgentes homines interdum (v. 13) longius, quam initio ipsi voluerint, provehi *d*) possint, tanto circumspectiores simus in fugiendis vitiis (1 Petr. V. 8),

quæ aditum patefaciunt diabolo ejusque angelis, & tanto diligentius utamur præsidiis pietatis (Eph. VI. 11. ss.), quæ eadem valent etiam contra diaboli machinationem. Hæc inculcare, & ipsam, quæ in sacris scripturis traditur *e*), doctrinam de malis angelis conferre ad pietatem commendandam atque ad deterrendum a vitiis, multo satius fuerit, quam omnia, seu diserte legantur in sacris literis, sive extantis in scriptura doctrinæ mera additamenta, ab hominum superstitione profecta, sint, negare præfracte, & per hanc cupiditatem, vero ac errori promiscue renitentem, plebi ea quoque ipsa, quæ contra falsas opiniones, cum veritate commixtas, recte & sacris literis convenienter disputamus, in suspicionem adducere, ipsoque bello infeliciter gesto etiam confirmare pestilentem superstitionem *f*).

a) cf. Progr. cit. p. 24.

aa) v. *Kantii* Relig. innerhalb der Grenzen der bloſſen Vernunft p. 66. & Annott. theol. ad philos. *Kantii* de relig. doctr. p. 8.

b) v. über die Unentschuldbarkeit der Christen, wenn sie nicht selig werden p. 11. ss.

c) cf. b. *Doederlein* Inst. Theol. christ. §. 144. Obs. 4. P. I. p. 499. Accedit, quod notitia diaboli & molitionis ejus in hominum caussa tum origini

(§. 51. a). §. 53. f) ac progressioni (§. 51. b) miseriæ humanæ plenius & vividius (cf. Progr. cit. p. 23) intelligendæ servit, tum operis Christi vim perfectius cognoscendam & e novo momento (Jo. XVI. 11) æstimandam præbet (l. c. p. 22. Comm. in ep. Hebr. p. 613. s. 632).

d) Cum sollicitatio pravorum hominum & infelix concursus rerum externarum, tametsi crebro non magis pendeant e nobis ipsis quam insidiæ malorum angelorum, magnam tamen, nisi mox principium peccati caveamus, & pietatis adminicula usu nobis instructa & parata sint, vim habere soleant ad peccata & funesta, quæ inde oriuntur, mala cumulanda; mirari tanto minus debemus, si ad alia pericula, quæ in dubium vocare non possumus, hoc quoque vel periculum vel peccati diligenter vitandi argumentum accedat, quod, qui vitiis deditus est aut certe a recto non dubitat deflectere, pravis etiam angelis facile possit se objicere & mali augendi potestatem iis dare.

e) Nulla caussa intelligitur, quare Christus hanc doctrinam, si falsam ipse duxisset, publice ac fidenter rejicere dubitaverit, quum hanc ipsam opinionem repudiare liberum fuisset (Act. XXIII. 8. cf. §. 48. *a*) spectatæ (cf. *Josephi* Antt. jud. L. XIII. c. X. §. 6) Judæorum parti, cum qua Jesus avitæ traditionis auctoritatem, quamvis opinione de malorum angelorum vi multo carior & usque adeo sancta esset vulgo, ut ipsi, *qui* forte *magistratum obtinuissent*, Sadducæi nihil contra moliri auderent, sed e Pharisæorum sententia majorum decreta servari consentirent (v. *Josephum* l. c. L. XVIII. c. I.

§. 4). tamen diserte & palam rejicere nullus dubitavit, atque offensionem dictorum nihil curavit (Matth. XV. 12—14). Sin omnino voluit offensionem vitare, nec necesse quidem fuit confirmare doctrinam de malis angelis, sed satis fuit universam caussam intactam relinquere (cf. Diss. de sensu histor. p. 20. ss.). Atqui Christus etiam tum, cum diaboli commemoratio non fecit ad declinandam, sed ad cumulandam offensionem (Joh. VIII. 48. 52), etiamsi auditores nullam vel necessitatem vel ansam commemorationis attulissent, rem dedita opera (v. 38. 41) eo tandem deduxit, ut de diabolo commemorare posset (v. 44), & eo quidem loco commemoravit, quo de absoluta fide sua confidentissime asseveravit (v. 38. 40. 42. s. 45—47) & mendacium omne detestatus est sanctissime (v. 44). Eandem doctrinam non modo coram multitudine, sed & coram discipulis seorsum (cf. 51. d) tractavit (Matth. XIII. 36. 38. s. XXV. 41. coll. XXIV. 3. Marc. IV. 10. 15. Luc. XXII. 31), imo inter capita doctrinae, quam divinus Spiritus per apostolos in mundo promulgaturus esset, diserte numeravit (Joh. XVI. 7. s. 11. cf. Relat. Tub. 1790. p. 141 s.). v. etiam *Hessius* über die Lehren, Thaten und Schicksale unsers Herrn p. 173 s. 255. s. Similiter Paullus, qui Ephesios de carissimarum ipsis magicarum artium studio dejicere ausus fuerat (Act. XIX. 19), eadem christiana doctrina, quae (v. 20) superstitionem istam evellerat, minime indignam censuit doctrinam de malis angelis, sed epistolae, ad Ephesios datae (v. Progr. de consensu epp. Paulli ad Hebr. & Galatas 1791, not. 48), includere eam (II. 2. VI, 11. ss.)

non est veritus, tametsi, cum has ipsas literas scriberet, in Essaicæ, qua Ephesios tentari sciret, superstitionis refutatione versaretur. v. Progr. de protevangelio p. 23. De loco Petrino (1 ep. V. 8) cf. Diss. de sensu historico p. 4.

f) v. Relat. Tubing. l. c. p. 143.

LIBRI TERTII

CAPUT SECVNDUM

DE HOMINIBUS.

SECTIO PRIOR

DE HUMANI GENERIS INITIIS AC DEPRAVATIONE, ET NEXA INDE MISERIA.

§. 53.

Humano corpori necesse esse mori, & humanos animos, simul ac iis officii intelligentia & sensus veniat (cf. Rom. VII. 8. s.), ab officio omnes (III. 9—20. 22. s. Gen. VIII. 21) multifariam discedere, uno verbo, peccare (1 Jo. II. 4), experientia loquitur. Sed e sacris literis discimus, utriusque miseriæ initia non a prima humani generis origine repetenda, sed adventicia esse (Rom. V. 12. ss.). Primi enim homines, quos Deus universi (Act. XVII. 26. Gen. III. 20) generis humani pa-

rentes esse voluit (Gen. I. 28), sive (v. 27. Matth. XIX. 4—6) unus (Gen. II. 7. coll. v. 18. ss. III. 6. ss. *a*) ille mas, &, quae deinceps (II. 18. ss. 1 Tim. II. 13. 1 Cor. XI. 8. s. 12. *b*), efficiente Deo, esse cœpit, una femina, quemadmodum cetera omnia, item in suo genere boni atque perfecti creati sunt (Gen. I. 31). Sed hominis proprietas ex consilio creatoris sita erat in similitudine cum Deo (v. 26. f. V. 1). Hæc vero ipsa, etiam quoad *c*) excellentia hominis super ceteras terrestres res harumque potestate & dominatu cerni debebat (I. 26. 28. s. cf. Jac. III. 9. 7), natura hominis *rationabili & morali* continetur (Act. XVII. 29. cf §. 25), moralis autem natura, quae compos est facultatis suae, ut primi homines mox liberum habebant *d*) integrae facultatis usum, perbona esse (Gen. I. 31) nequit, nisi vitio morali vacet, ac morale bonum sectetur. Itaque recentes homines primi hac *e*) potissimum similitudine cum Deo conjuncti erant, ut puri essent aptique per indolem suam *f*) ad cavenda peccata & colendum officium (III. 2. 3). Si conservassent hanc puritatem suam, a necessitate moriendi *g*), quae hominis culpa (1 Cor. XV. 21. s.), per peccatum (Gen. II. 17. III. 17. 19.

Rom. V. 12. 14 ſs.) invecta demum eſt, liberi manſiſſent. Promta enim ipſis a Deo fuerant &c, niſi deliquiſſent, patere perrexiſſent præſidia ad vitam integritatemque valetudinis perpetuo continuandam (Gen. III. 22).

a) Hoc loco de *duabus perſonis*, uno mare & una femina, ſermonem eſſe, etiam *Brunſius* fatetur (Nov. Repert. P. II. p. 207. ſ.). Sed & reliqui loci (I. 26. ſs. V. 1. ſ.) conſentiunt, niſi quærimus repugnantiam. Licet enim concedamus, nomen אדם utrobique appellativum eſſe, non proprium (l. c. p. 201. ſs.), neutro tamen loco (I. 27. V. 2) cogimur vertere: *mares & feminas* creavit Deus *illos*, nempe homines (האדם, אדם, cf. VI. 1), quos ante (I. 27. init. & V. 1) ſui ſimiles creaſſe dicitur; ſed in hanc quoque ſententiam interpretari licet: quum Deus crearet *homines* ſui ſimiles, *marem & feminam* fecit (εποιησεν αυτους Matth. XX. 4. cf. αυτους XXI. 41. αυτον Act. XXIII. 27. *Elsnerum* ad Apoc. II. 7. *Kypkium* ad Act. X. 38. Obſſ. gr. p. 296), iisque (*mari & feminae*) benedixit (Gen. I. 28) & nomen hominum (אדם) indidit, cum crearentur (V. 2). cf. etiam, quæ *L. J. C. Juſti* contra *Brunſium* monuit in *Pauli* Memorabilibus P. V. pag. 73. ſs. Sed & N. T. perſpicue ponit, & in graviſſima doctrina de humanæ ſalutis reſtitutore (§. 59) ſumit, unum aliquem hominem (Rom. V. 12. 15. ſs.), qui, cum initio ſolus (Gen. II. 18. ſs.) adfuiſſet, ipſaque etiam conjuge prior (1 Tim. II. 13), uno verbo, primus homo (cf. 1 Cor. XV. 45), atque etiam potior (XI. 9) homine femina fuiſſet, communi

(Gen. V. 2) nomine *hominis* (האדם) κατ' ἐξοχὴν appellatus fuit (II. 7. ss. V. 3. Rom. V. 14. 1 Cor. XV. 22. 45. 1 Tim. II. 13), cum uxore sua (1 Cor. XI. 11), quæ tamen ipsa item ex primo homine pependerit (v. 8. 12. cf. not. b), universi generis humani parentem esse (Act. XVII. 26. 1 Cor. XV. 48. s.) v. etiam *Eichhorns* Urgeschichte, herausgegeben von D. *Gabler* P. II. T. II. p. 43. ss. (qui consensum capitis I. Geneseos cum c. II. III. his argumentis confirmat, quod I. 27. *maris & feminae* mentio non facile ad varias stirpes hominum, mare & femina constantes, trahi possit, cum neque addatur למינהו, ut v. 21. 24. neque his laudatis locis marium & feminarum, quamvis etiam in reliquis animalibus præter homines repertarum, singularis mentio inferatur, ut igitur credibile sit, homines v. 27. constitisse perhiberi *uno* mare & *una* femina, non pluribus marium & feminarum generibus, quæ etiam in ceteris animalibus annotari potuissent. Præterea etiam physica argumenta savere potius quam obstare monstrantur humani generis ortui ab uno mare & femina).

b) Quod Deus feminam non simul cum homine mare creavit, id eo valuit (cf. §. 32. c), ut recenti primo homini per creationem alterius hominis, ipso jam præsente orti, suus ipsius ortus, cui interesse non poterat, velut repræsentaretur, ut ex novo hoc facto tanto luculentius intelligeret, per quem ipse etiam esset, & quam potentem, benignum omnisque utilitatis & opportunitatis providum (Gen. II. 18. 20) auctorem haberet. Quod divina omnipotentia, quæ (cf. § 31. e) Evam non minus quam Ada-

mum creavit (Gen. I. 27. V. 2. Matth. XIX. 4), feminam hoc proprie modo (Gen. II. 21. f. 1 Cor. XI. 8. 12. cf. *Doederlein* Inst. Theol. christ. §. 150. Obs. 3. P. I. p. 517) hominem creare voluit, id spectavit ad monendos recentes homines de mutuo officio (Gen. II. 24. Matth. XIX. 5. f. Eph. V. 28—33. 1 Tim. II. 12, f. 1 Cor. XI 8. f. coll. v. 7. 3. & Eph. V. 22. f.). Sed aliis etiam modis (Gen. II. 15—17. 19. f.) Deus excolendi animi materiam recentibus primis hominibus suppeditavit. v. *Mori* Progr. I. de notitia religionis cum rebus experientiae obviis copulata.

c) Qui *dignitate* antecedunt alios, ii dicuntur similitudine Deum referre 1 Cor. XI. 7. Ps. LXXXII. 6. Ebr. I. 6. r).

d) cf. Gen. II. 15—20.

e) Etiam (cf. not. c) *probitas* nominatim similitudini cum Deo annumeratur, cf. Col. III. 10. cum Eph. IV. 24. 1 Petr. I. 15. f. Matth. V. 48.

f) Facultas peccandi (§. 39. b), quam tristis eventus (§. 51) confirmavit, nequaquam arguit, primos homines recentes ea indole fuisse, ut nequirent perseverare in bono nec possent non delinquere. Nam in eadem natura angelorum, a qua facultas peccandi, ut eventus docuit (§. 50), non magis abfuit quam ab humana natura, teste historia alterius partis angelorum (§. 48). talis profecto ac tanta indoles fuit, ut sufficeret constanti probitati.

g) Ad altiorem dignitatem provehi & πνευματικα reddi (1 Cor. XV. 45. f.) humana corpora potuissent (cf. v. 51) etiam sine morte. cf. *Eichhornium* in Repertor. für bibl. u. morgenl. Litteratur P. IV. p. 200.

§. 54.

Sed hoc beneficium primis hominibus subtractum est (Gen. III. 19. 22. ss.), cum Eva per occasionem serpentis (v. 1. *a*), plantæ, cujus usu hominibus interdictum fuerat (II. 17. III. 3. 11), fructu vescentis (v. 6. *b*), a diabolo (§. 51. a) se induci tandem *c*) passa esset ad diffidendum Deo ejusque interdictum adspernandum (v. 4—6), & Adamus quoque a conjuge ad simile peccatum deduci se sivisset (v. 6. 12. 17).

a) Progr. de protevangelio p. 8. ss. Quia Satanas præsentia *serpentis* & esu (not. b) ad sermonem cum Eva tecte conferendum abusus fuerat (l. c. p. 11), *propterea* (l. c. p. 14) Satanas v. 14. *ut serpens* tractatus est. Neque igitur ullo modo nostram interpretationem attingit *Gableri* exceptio (*Eichhorns* Urgeschichte P. II. T. I. p. 271. f.), quæ contra, quam ipsa Viri doctissimi *) narratio (l. c. p. 176. ss.) patitur, serpentis bestiæ præsentiam utique negatam ipsoque etiam versiculo 1. serpentem metaphoricum, sive diabolum, *non serpentem verum*, qui propter concursum sermonis, ab invisibili diabolo profecti, visus esset loqui (cf. *Hessii* Bibl. der heiligen Gesch. P. II. p. 241. ss.), intellectum a nobis fuisse fingit. Ceterum in ipsa etiam veriore illa narratione Ven. *Gablerus* hoc certe falso sumit (l. c. p. 177. f.), versiculum 14. qui unice de Satana explicatur, ad serpentem quoque bestiam tractum, aut bestiæ ser-

penti (v. 1) omnem astutiam universe negatam fuisse, cum de *hujusmodi* astutia nominatim sermo fuisset (Progr. cit. p. 9. 11), quae cerneretur *sermone*, quem nemo dixerit in bestiam cadere.

*) Ipsum igitur programma ante recentiorem, quae supra legitur, declarationem meam satis perspicue (cf. *Gablerum* l. c. P. II. T. II. p. 118) expresserat sensum, quem versiculo 1. tribuerem. Quodsi vero nomen serpentis v. 1. *verum* serpentem, qui tam astutus *evasisse* (cf. Progr. cit. p. 11) *videbatur* (cf. supra §. 10. h), ut callide loqui posset, ita significet, ut simul *mentitum* serpentem arguat, qui sermonem, a serpente proficisci temere *visum*, *re vera* edidisset; mirum (cf. *Gablerum* l. c. p. 118. f.) jam non est, v. 14. f. intelligi serpentem, quoad deceperat Evam (v. 13.), ipsique exitiosum facinus ediderat (v. 14), itaque, si rem *ex veritate* spectes, serpentem *mentitum*, sive diabolum, qui facinoris, a serpente vero proficisci *visi*, proprius auctor fuerat. Quoniam in oculos *unum* duntaxat subjectum incurrerat, *re* autem *ipsa* subjectum *duplex* fuerat, cum serpens *verus*, qui (v. 1) tam astutus evasisse et omnia peregisse *videbatur*, tum diabolus, qui serpentem *mentitus* pestiferi sermonis *proprius* auctor extiterat; res ipsa flagitavit, ut *idem* nomen, re *ex sensu Evae* spectata, *conspicuum ipsi verum* serpentem (v. 1 — 4), cujus *opinatus* sermo ab invisibili caussa ortus fuerat, re autem ex *veritate* ac judicio Dei (v. 14. f.) spectata, *invisibilem*, at *verum*, auctorem sermonis, qui serpentem *mentitus* fuerat, significaret. Quo denique consilio (l. c. p. 119) Deus v. 14. f. auctorem facinoris proprium ac verum, primis pa-

rentibus forte etiamnunc ignotum, tamen alloqui potuerit, Programma citatum p. 14. f. occupavit, Contrariarum interpretationum, maxime earum, quæ mythorum aliquod genus sumunt, refutatio *pro hujus libelli instituto* vix desiderabitur. Ceterum v. *Hessium* l. l. p. 156. ss.

b) Progr. cit. p. 11.

c) Quamvis Eva sermonem fallacem non diabolo, sed conspicuo serpenti tribuisse videatur (l. c. p. 11. 14 f.): incognito tamen sollicitatori resistere non minus potuit (l. c. p. 24) quam cognito, & aliquamdiu revera obstitit (Gen. III. 2. 3). Adamus ne tentatus quidem fuit ab incognito corruptore (1 Tim. II. 14), sed uxori obtemperavit.

§. 55.

Neque vero malum hic substitit, sed ab uno illo peccato (Rom. V. 16. *a*) primorum hominum ea perturbatio (αταξια *b*) orta est (Gen. III. 7. 11), ut vitiosa in iis affectio inesset, quæ et apud ipsos aliorum peccatorum (cf. v. 12) mater (αμαρτια *c*) esset, & per unum hominem Adamum (Rom. V. 12. coll. v. 14. 1 Cor. XV. 21. coll. v. 22), cui igitur ipsi vitiositas ista (η αμαρτια) Rom. V. 12. nominatim & præcipue tribuitur, ad omnes homines (εις τον κοσμον *d*) manaret ita, ut per hanc vitiositatem (δια της αμαρτιας) mors quoque ad omnes homines veniret. Hac nimi-

rum ratione (ετω, δια της αμαρτιας) mors, ad puros homines non pertinens (§. 53), per humani generis universitatem pervasit, quia (εφ' ω), cum vitiositas (αμαρτια) in omnibus insit, omnes quoque tractantur ut vitiosi (παντες ημαρτον v. 12. seu *e*) κατακριματι sunt obnoxii v. 18. αμαρτωλοι κατεςαθησαν v. 19). Quibus necesse est mori, iis inest vitiositas illa, per quam (δια της αμαρτιας, ετω v. 12) fit, ut homo vitiosus numeretur ideoque (εφ' ω) mori debeat *f*). Sed multi homines ante moriuntur, quam imitatio & adsuetudo locum habere possit. Ergo g) vitiositas (αμαρτια), unde venit ista necessitas moriendi (v. 12), antecedit imitationem & adsuetudinem, quae, cum accedunt sensim, omnino augent vitiositatem, sed vitiositas ipsa altius latet & cum natalibus affertur (Ps. LI. 7. *h*). Cum hominis natura ferret, ut sui similes procrearet (1 Cor. XV. 48. s. cf. Gen. V. 3), eidem *i*) omnino consentaneum fuit, ut, bona indole, quae primo homini divinitus insita fuerat (§. 53), per peccatum (§. 54) immutata, non primigenia illa, sed immutata haec indoles ab Adamo transferretur *k*) ad posteros, ut homo cum vitiositate (cum αμαρτια Rom. V. 12), σαρξ hoc sensu (§. 56. a), procrearet (Jo. III. 6)

homines cum vitiositate (σαρκα hoc sensu). Unde *l*) homo Jesus, qui vitiositatis expers esse debebat (2 Cor. V. 21. 1 Jo. III. 5. 1 Petr. III. 18. *m*) I. 19. cf. Ebr. VII. 26), nec ortus est naturali lege ex genitore *n*) humano (Luc. I. 34. s. cf. Matth. I. 16 — 20. 25. *o*).

a) v. Comm. in ep. ad Hebr. p. 635. 648.

b) l. c. p. 649. s. *de Marées* Gottesvertheidigung über die Zulassung des Bösen P. I. p. 281. ss. *Heilmanni* Comp. theol. dogm. §. 168. 184. p. 161. 173. s. *Jacobi* Betrachtungen über die weisen Absichten Gottes P. IV. p. 17.

c) Comm. in ep. ad Hebr. p. 641. ss.

d) Pro illo εις τον κοσμον, ad quem ἡ ἁμαρτια & ὁ θανατος venerit (εισηλθε), mox substituitur εις παντας ανθρωπους. cf. quoque versiculum 18.

e) v. Comm. in ep. ad Hebr. p. 640. 636. s.

f) l. c. p. 640. s. 645.

g) l. c. p. 645. ss.

h) l. c. p. 654. ss. Diss. II. in LL. N. T. histor. aliquot locos p. 47.

i) Comm. in ep. ad Hebr. p. 656. ss.

k) Ita demum fieri potuit, ut omnibus hominibus *propter unum peccatum Adami* necesse sit mori (Rom. V. 15 — 17). Nam ab uno illo peccato vitiositas Adami ipsius, & ab hac porro vitiositas posterorum Adami orta est, unde mortis necessitas pendet (v. 12). cf. l. c. p. 651. s. Ceterum doctrina de vitiositate ab Adamo ad posteros per procreationis successionem propagata, cohaeret cum gravissi-

ma doctrina de salutari hominibus gratia Dei, hujusque rationi & naturae rectius intelligendae varie inservit (§. 55. l). §. 59. 65. 73. a). 116. d). cf. quoque Diss. qua doctrina de Spiritus S. in mentibus nostris efficientia momento suo ponderatur §. VIII.

l) Comm. in ep. ad Hebr. p. 653. f. *de Marées* l. c. p. 324 — 329.

m) Unus Christus tanquam δικαιος secernitur ab iis, pro quibus passus est, h. e. (§. 66) ab universitate reliquorum hominum, qui omnes prae eo non δικαιοι, sed αδικοι numerantur.

n) Comm. cit. p. 652. f.

o) Diss. I. in LL. N. T. histor. p. 3. ss. Diss. II. p. 11. ss. cf. infra §. 75. f.).

§. 56.

Vitium illud (η αμαρτια Rom. V. 12. VII. 8. ss. VI. 12. *a*), cum quo nascimur, est intemperies quaedam, aut vis sensuum (not. a). extr.) eluctans contra rationem & conscientiam (VII. 15. 17. 19—21. 23), legi divinae eive, quod rectum est, consentientem (v. 16. 22. 25), sensitivae igitur cupiditatis praevalentia est, quae, tametsi latet aliquamdiu, tamen, ut ratio vim suam exserit, homoque rectum a pravo discernere incipit, statim prodit (Rom. VII. 8. f. *b*), normaeque salubris (v. 10. 12. f.) impatientia (VIII. 7) tanta (VII. 13) cernitur, ut per ipsam legem salu-

tarem irritetur ad nitendum contra & provocetur ad appetendum, quod alias ne appetiisset quidem (v. 5. 8. ss.), omninoque per indolem suam (v. 18. 23. VIII. 7. Gal. V. 17) concupiscat (v. 16. s. 24. Rom. VII. 5, VI. 12. Eph. II. 3. IV. 22. cf. Jac. I. 14), quod pravum & normae contrarium est c). Jam, ut ejusmodi appetitio, quae, quia abnormis est, per se ipsa in vitio est d), homini, in quo oboritur, culpae verti possit, ipsius quidem obsequio & consensu in licentiorem appetitionem opus est (Rom. VI. 12. Gen. IV. 7. e) cf. Jac. I. 15), ut, vel intus alenda atque fovenda prava appetitione f), vel decernendo, per quod se exserere nititur, facto externo (Rom. VI. 13. 19. Eph. II. 3. §. 57. c), legi contrariam appetitionem sequatur (ποιῇ Gal. V. 17. τελῇ v. 16). Sed in ipsum quoque hominis arbitrium vitiositatis tanta potestas cernitur (Rom. VII. 14. 23), ut animum modo retrahat a probanda & amplectenda (1 Cor. II. 14. g) veritate, cupiditatibus inimica, modo probantem meliora, tamen rapiat cupiditate inflammatum ad sequenda deteriora (Rom. VII. 15. ss.). Imo in iis etiam ipsis, qui divino auxilio (§. 69 — 71. e). §. 74. a). §. 115. f.) innatae vitiositatis tyrannide libe-

rati sunt (VI. 14. VIII. 2. Gal. V. 16), ipsa tamen vitiositas residet (v. 17. Rom. VI. 12), ut, nisi recuperare debeat imperium, perpetuo contra nitendum sit (VIII. 13. VI. 12. f.), ipsaque necessitas renisus cum progressus in sanctimonia difficiliores ac lentiores (Phil. III. 12. f.) efficiat, tum, quia luctatio sæpe infelix est, terrestris hominum, quamvis optimorum, virtutis dignitati multiplicem labem adspergat (Gal. VI. 1 — 5. 1 Jo. I. 7. ss. II. 1. 12. *h*) Prov. XX. 9. cf. Coh. VII. 21).

a) *Homo, quoad affectus est hoc vitio* (quoad οικουν εν αυτω η αμαρτια Rom. VII. 17. 20), appellatur σαρξ. Veluti v. 25. legimus: εγω τη σαρκι, *ego qua σαρκα, quoad σαρξ sum*, vitiositatis præscripta sequor, v. 18. εν εμοι, τουτεστιν εν τη σαρκι μου, in *me*, *quoad* nimirum ea parte spector, qua σαρξ *sum*, nihil boni inest. Et Dominus quoque Matth. XXVI 41. hominem qua miserum (ασθενη, cf. Rom. V. 6), hoc est (cf. v. 8), qua imbecillum ad bonum, τω πνευματι (τω εσω ανθρωπω, τω νοι Rom. VII. 22. f. 25) probatum, contraque pronum ad id, quod pravum est (facile εισελθοντα εις πειρασμον, cf. Jac. I. 14), σαρκος nomine afficit. Sed & *ipsa vitiositas*, quæ caussa peccatorum (αμαρτια §. 55. c) fit (Gal. V. 19. ss.), σαρξ dicitur (v. 16. f. 13. Rom. VIII. 6. f.). Unde, qui ducuntur hac vitiositate, οι κατα σαρκα οντες (v. 5) οι εν σαρκι οντες (v. 8. f.), σαρκικοι (VII. 14) vocantur. Cum enim vitii innati, quamvis ad animum haud

duble redundantis (v. 14—23. p. 177. Eph. II. 3. §. 57. c), origines certe ad corpus referantur (Rom. VII. 23. f. 5. VI. 12. f. cf. §. 55. b), ipsum nomen σαρκος sive (cf. VIII. 13. cum Gal. V. 19. 24) σωματος cum vitiositate communicatum est.

b) Comm. in ep. ad Hebr. p. 646. f.

c) Speciem honesti interdum habent, quae tamen revera non congruunt cum norma (Matth VI. 1. f. 5. 1 Cor. XIII. 3).

d) Ipsae cupiditates, a pravo (Rom. VII. 18) & vitioso (αμαρτωλη v. 13) fonte fluentes, vitiosae (παθηματα ΤΩΝ ΑΜΑΡΤΙΩΝ v. 5) sunt.

e) l. c. p. 245.

f) Hactenus appetitio (Rom VII. 7. f.), quamvis intra animum subsistat, tamen homini potest ita vitio dari, ut poena (θανατω) teneatur (v. 10. f.). Sed & alias interni sensus & facta externa promiscue declarantur poenis digna (I. 28—32. Col. III. 5. f. Gal. V. 19—21. Matth. V. 22).

g) v. Abhandlung über die Gnadenwirkungen §. 3.

h) v. über den Zwek der evl. Gesch. Joh. p. 172. ss. ubi etiam loci (III. 6. 8. f. V. 18), qui pugnare videri queant, explanantur interpretando.

§. 57.

Homines, etsi nulla sua culpa vitiosi nascuntur, tractari tamen ut vitiosos (Rom. V. 19), quales re ipsa sunt &, primi hominis poenam (κατακριμα) participare (v. 18. *a*), mortis, ad omnes aeque, ut ad primum homi-

nem (§. 54), pertinentis, exemplo (v. 16. s.) patet. Mori enim omnibus *ideo* necesse est, *quod omnes tractantur ut vitiosi* (ἡμαρτον v. 12. §. 55. e). Atqui humanus animus a corpore ita diversus est, ut hujus mors ad illum non redundet necessario (Matth. X. 28), imo, superstites a corporis morte animos nostros fore, moralis natura nostra præsagit nobis (Rom. II. 15. s. § 17. d). e). §. 18. h). i). §. 24. c), nec divinæ sanctitati ac justitiæ (§. 24) consentaneum est (Matth. V. 6. & Rom. II. 6—10. 2 Thess. I. 4. ss. *b*), sanctimoniæ studiosorum hominum progressibus in virtute majoribus post tenuia (§. 56), quæ in hac vita fecerint, initia nullum porro locum relinqui, quique ab obsequio vitiositatis indies magis discesserint, eos cum servis (Rom. VI. 16. ss.) vitiositatis pares fieri utrorumque exstinctione, vel, si hujus vitæ bonis humana felicitas unice metienda esset, crebro etiam pejore, quam ceteros, conditione fuisse. Unde metui (cf. Ebr. II. 15) locus est, ne, quemadmodum corpori propter vitiositatem nostram mori necesse est (Rom. V. 12. VIII. 10), sic (cf. §. 58. a) animus quoque superstes tractetur ut vitiosi hominis animus. Qui,

auxilio Dei (§. 56) ſpreto (§. 116. extr.), pertinaciter ſe dedunt vitioſitati, eos per hanc naturalem indolem ſuam (φύσει *c*) divinis pœnis (§. 58) obnoxios (τέκνα ὀργῆς) eſſe, liquet (Eph. II. 3. Rom. VIII. 13. Gal. V. 19—21). Sed & ii, qui reſipuerunt, etſi melioris indolis ac vitæ lætabiles fructus expectare poſſint, tamen, niſi veniam nanciſcantur (§. 89. d), cum ſuperioris vitæ cauſſa, tum propter variam, quam emendatiores quoque contraxerunt, ſegnitiæ culpam in ſubigenda vitioſitate, pœnarum admiſtione liberatam integramque beatitatem animo a corporis morte ſuperſtiti nequeunt ſperare *d*). Quin ipſi etiam infantum, vitioſitatis innatæ ergo (§. 55) denaſcentium, animi, quamvis inſontes culpæ, hactenus certe participes ſunt (not. a) pœnæ Adami, ut puræ civitatis Dei ſocietate & bonorum ejus communitate non injuria numerentur indigni *e*).

a) Quam vim habeat vocabulum *poenae*, quum poena dicitur in Adami poſteritatem redundaſſe, oſtendit Comm. in ep. ad Hebr. p. 585. ſ. 657. ſſ.

b) Diſſ. de beata vita poſt mortem p. 3. ſ.

c) φύσις, ut oſtendit *Clericus* (P. I. Artis crit. Sect. I. c. VII. §. 7. Vol. I. p. 210. ſſ.), *indolem* ſignificat, ſed hoc quidem loco (Eph. II. 3), quod

recte monuit *Koppe* (Exc. II. in ep. ad Ephes. p. 394. ed. 1), non propriam Judæorum intelligi licet, sed communem iis cum reliquis gentibus indolem (*οἱ και οἱ λοιποι*), uno verbo, *την σαρκα* (§. 56. a), pro (*ἐν*, cf. IV. 17. Ebr. X. 10. e) *cujus* libidinibus Judaei pariter, ac ceteri, deliquerint (*ἐν παραπτωμασιν ἀνεστραφησαν*, cf. Ebr. IX. 10. c), perficientes *carnalium* animorum (*της* ΣΑΡΚΟΣ *και των διανοιων*, cf. Diss. de sensu vocis *πληρωμα* p. 31) voluntates, h. e. animis suis (*ταις διανοιαις*) ita servientes vitiositati (*τῃ σαρκι*), ut animus ipse esset *σαρκικος* (cf. Rom. VII. 14. §. 56. a), & decerneret accommodate ad cupiditates vitiosas (*τας επιθυμιας της σαρκος*), hasque tanquam suas voluntates (*θεληματα*) exequeretur (*ποιων*) & vita atque externis factis (*τῃ αναστροφῃ*) exprimeret. Jam Ephesii rei quidem & poenis digni (*τεκνα οργης*) propterea fuerant, quod, vitiosis cupiditatibus (*ταις επιθυμιαις της σαρκος*) *obsecuti*, iisdem convenienter *decreverant* atque *egerant* (ΕΠΟΙΟΥΝ ΤΑ ΘΕΛΗΜΑΤΑ *της σαρκος και* ΤΩΝ ΔΙΑΝΟΙΩΝ). cf. h. *Koppe* l. c. pag. 392. f. Verum eo ipso, quod *innatae vitiositati* (*ταις επιθυμιαις της* ΣΑΡΚΟΣ) obsequentes, *eique congruenter* viventes (*ποιουντες τα θεληματα της* ΣΑΡΚΟΣ *και των διανοιων*) obnoxii poenis facti fuerant, per *σαρκα* (cf. Rom. VIII. 6. 13), per innatam vitiositatem (*την αμαρτιαν* VII. 8. 10. f. 13) ejusque cupiditates (v. 5), poenis (*θανατῳ*) obnoxii evaserant, ne multa, *per naturalem indolem* (*φυσει*) *τεκνα οργης* extiterant. Etsi consensus hominum ad vitiosas cupiditates, ut poenis secundæ sint, accedere debet, etsi culpa (*αμαρτια*), quam sequitur poena (*θανατος*), ab illo demum consensu nascitur

(cf. Jac. I. 15. §. 56), tamen ipsa etiam cupiditas, quae consensum eblandiri conata (v. 14) & culpa hominum, divini contra vim cupiditatis auxilii (§. 56. 116. d) spretorum (§. 116. e), nacta est, mali, a consensu oriundi, parens, ipsa igitur vitiositas, ut peccati (v. 15), sic consequentis etiam poenae caussa, quamvis non unica, ne multis, ea νομος της αμαρτιας και ΤΟΥ ΘΑΝΑΤΟΥ est (Rom. VIII. 2. cf. Comm. in ep. ad Hebr. p. 644).

d) l. c. p. 576. ss. 586. ss.

e) l. c. p. 584. ss. 504. s. 658. ss.

§. 58.

Quanta vitiositatis obsequio miseria annexa sit, ex improborum hominum *sorte post hanc vitam futura* quam maxime intelligitur. Manet enim illos gravis poena (Luc. XVI. 23. 25. Matth. XXV. 46. 2 Cor. V. 10. 2 Thess. I 6. 8. s. Rom. II. 5. s. 8. s. cf. Ebr. X. 27. *a*) 29 — 31. VI. 2), constans partim miseria, quam servitus vitiositati necessario comitem habet *b*), partim vero etiam malis, libera *c*) institutione & peculiari efficientia omnipotentis (Matth. X. 28. 2 Thess. I. 9. cf. Ebr. X. 31) judicis ac domini extrinsecus immissis, ut separatione a bonis omnibus & consociatione cum meris malis (Luc. XVI. 26. XIII. 25—28. Matth. VIII. 11. s. XIII. 40—43. 48—50. XXV. 32—34. 41. cf. Ap. XXII. 14. s. XXI.

8. XX. 15. 10. §. 51. b), deportatione in tristem & inclementem *d*) regionem (Luc. XVI. 28. Matth. XXV. 41. Marc. IX. 44. 46. 48), & corporis, divina omnipotentia (Act. XXVI. 8. Jo. V. 21) vel excitandi a mortuis (v. 28. f. Act. XXIV. 15. cf. Apoc. XX. 12. ss.) vel (cf. §. 61. c). 65. d) immutandi, accommodata ad pœnas luendas (κρισιν Jo. V. 29). constitutione. Ultima hac pœna demortui improbi afficientur quidem solennis (§. 65. d) demum eandemque ob caussam probrosissimi ipsis (Marc. VIII. 38. Luc. XII. 9) judicii tempore (§. 65. c), sed statim tamen a morte (XVI. 23—25. coll. v. 28. *e*) subeunt pœnas, nec desinent ferre pœnam (Matth. XXV. 46. Marc. IX. 44—48. Matth. III. 12. *f*).

a) Ζηλον Dei (cf. Ebr. X. 27. y), θυμον, οργην (Rom. II. 8. 5) idem valere, ac δικαιοκρισιαν (v. 5) in improbos, seu poenam (τιμωριαν Ebr. X. 29), supra (§. 24. d) admonitum fuit. Cum animadversio in vitiosum hominem *morte* inprimis cernatur in his terris (Gen. II. 17. III. 19. Rom. V. 16. f.), universum κατακριμα (Rom. VI. 21. 23. VII. 5. VIII. 6. 13. cf. §. 56. f), quo tenetur homo vitiosus (V. 18. §. 57. a), itaque ea etiam miseria, quam, nisi gratia ipsi fiat (§. 57 d), ut non fit servis vitiositatis (§. 57. c), sustinere debet post mortem, appellari consuevit mortis (απωλειας Matth. X. 28. Jo. III. 15—17. Phil. III. 19. ολεθρε 2 Thess. I. 9. 1 ep. V. 3.

φθορας Gal. VI. 8. θανατος Jo. VIII. 51. XI. 26. VI. 50) nomine. Futuræ miseriæ ea nominatim pars, in qua improbi post solenne judicium (cf. Apoc. XX. 11. ss.) conjunctamque resurrectionem (v. 12. s.) aut immutationem corporis erunt, vocatur *altera* mors (cf. v. 14. XXI. 8. XX. 6. II. 11), quia nova hæc vita morti, quoad in separatione animi a corpore ponitur, contraria quidem & hactenus vita est, sed *non vitalis*. Animorum improborum vita in corporibus instauratis *nova mors* (και ψυχης και σωματος απωλεια) Matth. X 28) erit.

b) v. *Eckermanni* Comp. theol. christ. theoreticæ p. 184. ss. *Steinbarti* System der reinen Glükseligk. Lehre des Christenthums §. 81. n. 5. p. 201. f.

c) Pœnæ, quæ dicuntur *positivae*, non continuo arbitrariæ sunt. Ut enim silentio transeamus usum, quem exempla in improbos edita ad meliorum civium Dei pietatem confirmandam afferre possunt (Comm. in ep. ad Hebr. p. 607), disjunctio bonorum & malorum ad beatitatis, priori parti destinatæ, perfectionem necessaria est (§. 62), ipsiusque alterius societatis miseria augesceret etiam, si tota respublica mutuæ civium libidini hujusque effectis naturalibus unice relicta esset, nec pravæ cupiditates molestia habitationis & similibus pœnis coërcerentur. v. *Jacobi* Betr. über die weisen Absichten Gottes P. I. p. 192. ss. & Leichter und überzeugender Beweis von Gott und von der Wahrheit der christl. Relig. p. 252 ss.

d) Tristitia illa & inclementia variis (Matth. VIII. 12. XXII. 13. XXV. 30. coll. Luc. XVI. 24. Matth.

XXV. 41. XIII. 50. 42. Marc. IX, 43—48. cf. quoque Jud. 13. cum Apoc. XIV. 10. f. XIX. 20. XX. 14. f. XXI. 8. 2 Petr. II. 6. Diff. de cathol. epp. occafione & confilio not. 63) imaginibus exprimitur. v. *Jacobi* libros laudatos p. 179. ff. & p. 249. ff. Ceterum Dei beneficientiam ne ex ifta quidem infeliciffima parte univerfi omnino exulare (Ps CXLV. 9. f. cf. libros laudatos p. 206. & p. 254. f. 259. f. *Griesbachii* Anl. zum Stud der popul. Dogmatik §. 105. 109. extr. *de Marées* Gottesvertheidigung über die Zulaff. des Böfen P. II. p. 371. f.), vel ex eo intelligitur, quod in ipfa hac gravi & acerba regione alii aliis *mitiore*, & pars tolerabili conditione uti poterunt (Matth. XI. 22. 24. X. 15. Luc. XII. 48). Cum enim futura fors ad vitae hic (2 Cor. V. 10. Matth. XXV. 42. ff.) actae univerfam rationem accommodata fit (Matth. XVI. 27. Rom. II. 6. Gal. VI. 7. f. Col. III. 25), intellectu facile eft (§. 24), pro culpae magna diverfitate etiam (Matth. V. 22. cf. Diff. I. in LL. N. T. hiftor. p. 23. 24) poenae magnam diverfitatem fore (Luc. XII. 47. f. Matth. XI. 20—24. Rom. II. 9. extr.). Ergo etiam, fi qui damnatorum refipifcent aliquo modo, varium inde poterunt levamentum habere, non modo quatenus cum pravitate minuentur effectus noxii (not. b), quorum cauffa eft in ipfa pravitate animi, contraque ad menfuram profectus in bono accommodate exiftent gaudia & commoda, bono morali per fe annexa, fed & propterea, quod vel ii, quibus gravior poenae menfura conftituta eft, ut emendatiores fiunt, ita in amplae regionis mitiorem partem traduci & in focietatem optabiliorem adfcribi poffunt. Neque tamen illico

sequitur (not. f), ut ex omnibus incommodis liberari debeant traducique ad beatos.

e) Diss. de beata vita post mortem p. 21. ss. Diss. III. in LL. N. T. histor. aliquot locos p. 2. s.

f) Diss. I. in LL. N. T. historicorum aliquot loca p. 41. ss. *Mori* Epit. Theol. christ. P. VII. §. 11. *Nösselti* Anweisung zur Bildung angehender Theologen T. II. p. 216. 234. ed. 2. Ueber die Vernunftwidrigkeit einiger Lehren des gewöhnlichen Kirchensystems von D. *Mark* p. 122. ss.

LIBRI TERTII

CAPITIS SECUNDI

SECTIO POSTERIOR

DE CONSILIO DEI MISERIS HOMINIBUS SALUTARI.

§. 59.

Quia unius hominis vitio omnes homines nulla sua propria culpa miseri evaserunt (§. 55—57), propterea (1 Cor. XV. 21. Rom. V. 15. 17), Deus, quae ipsius misericordia est (Eph. II. 4. Tit. III. 4. s. 1 Petr. I. 3), rursum *a*) unius hominis, Jesu Christi, beneficio *b*) omnibus hominibus nullo ipsorum merito salutis aditum aperuit Rom. V. 12—19.

a) v. Comm. in ep. ad Hebr. p. 633—640. 659 ss. 612. s.

b) Christus igitur humani generis restitutor & alter veluti parens est (Rom. V. 14. 1 Cor. XV. 45. 47—49).

§. 60.

Et singularis quidem omninoque admirabilis illa *salus* est (Rom. V. 2. 17. VIII. 18. 21. Eph. I. 18. Col. I. 27. 2 Cor. IV. 17. 2 Thess. I. 10. 2 Tim. II. 10. Luc. XII. 37. cf. Ebr. II. 3. 5—10. 2 Petr. I. 4), quam summa & incredibilis Dei clementia (Eph. II. 4. 5. 7. I. 6. s. 14. 2 Thess. II. 16) miseris hominibus destinavit. Mors enim ipsa, quam ex Adamo (1 Cor. XV. 21. f.) per vitiositatem ab eo propagatam (Rom. V. 12. VIII. 10) traxerunt (§. 55), e consilio divino pœnæ (V. 16—18. §. 57. a) vim non debet tenere (VIII. 1. *a*), sed emolumento nobis esse (v. 28. 35. 38. Phil. I. 21. 23. 2 Cor. V. 8), hactenus igitur non mortis (cf. §. 58. a) lugubris instar habet (Jo. VIII. 51. XI. 26. VI. 50. 2 Tim. I. 10), sed *animo* (Luc. XXIII. 46. Act. VII. 59. cf. §. 42. h), qui superstes est (Luc. XX. 38. cf. §. 57. b) corpori (2 Cor. V. 1. 8), vitalis vitæ dux atque principium est (Rom. VIII. 10. *b*). Statim a morte corporis *c*) emissa mens ex omnibus *d*) incommodis liberari (Luc. XVI. 25. *e*) 2 Tim. IV. 18. cf. Ebr. XIII. 3. o).

Apoc. VII. 14. 16. f.) potest & versari in usu, adspectu sensuque bonorum, quae in hac vita eminus tantum expectare licebat (2 Cor. V. 6 — 8. Phil. I. 23. Luc. XXIII. 43. cf. Apoc. VII. 15. 17).

a) l. c. p. 500. f.

b) Diss. de beata vita post mortem §. II.

c) l. c. §. I. III. IV.

d) Comm. in ep. ad Hebr. p. 587. f. 173. Non obstant accessio beatitatis, quam resurrectionis tempore expectamus (§. 61. 65. c), & progressus varii in *beatitudine*, quos tum in absolutiore illa beatitate tum in praecedente vita beata faciemus. Quamquam enim (cf. Allg. Lit. Zeit. 1792. N. 327. p. 549) progressio facienda ad *majorem* beatitatem arguit, *deesse* aliquid ad *hanc* beatitatem; ille tamen defectus non continuo *molestiam* habet, sed magnae beatitatis praesens sensus eo facile potest valere, ut majoris beatitatis expectatio nulli impatientiae conjuncta, sed laeta ac certa sit, praesentiumque bonorum fructum sperando citius majorem efficiat quam indigentiae sensu vividiore minuat. Eadem est ratio progressionis ad majorem *virtutem* (§. 62. cf. Diss. cit. not. 101), cujus certa & mirifico, quod jam captum erit, incremento abunde confirmata expectatio praesentis virtutis conscientiam, quae certe ab infidelitatis neglectique in altera vita officii exprobratione ac dolore conjuncto vacua erit (§. 62. g), tanto laetabiliorem efficiet. Nemo beatorum indignari poterit defectum ejus perfectionis, quam nulla sua culpa nondum assecutus fuerit, sed illud pro-

fecto lætandum erit, quod a præsente quavis animi bona indole & vitæ laudabili ratione ad majorem virtutem continua progressio fiat. *Superiorum* denique *peccatorum* recordatio ex improbatione & *Servatoris meritorumque illius praesentissimo sensu* (§. 62) ita temperata erit, ut divinæ gratiæ fiducia ac sensu mitigatus (cf. Luc. XV. 22. sq.) pœnitentiæ ac pudoris sensus (v. 21) *dulcior* sit quam acerbior. v. Diss. cit. p. 30. Quodsi vero in iis, qui *minore* mensura beati sunt quam alii, ipsam quoque conscientiam propriæ culpæ & defectuum fidelitatis (§. 63) mitigabit sensus meritorum Christi & grata agnitio beneficiorum, quibus tamen afficiuntur; nec *gradus diversi* beatitatis molestiam exhibebunt. Nam in illo caritatis vigore, quo societas beatorum floret (1 Cor. XIII. 8. §. 62), inferiorem locum obtinentes neque contemnuntur a superioribus (v. 4. XII. 21. sq.) neque invident iis (XIII. 4), sed eorum bonis & promte juvantur (v. 5. coll. Phil. II. 3. f.) & lubenter ac placide utuntur (1 Cor. XII. 25. f.).

e) Etiam Rom. VIII. 18. *τα παθηματα hujus tantum temporis* esse, & 1 Petr. V. 9. ad eam tantum partem *της αδελφοτητος* pertinere dicuntur, quæ *in his terris* (*εν κοσμω*) versatur, non ad reliquos (cf. Ebr. XII. 23) fratres. Adde *brevitatis* incommodorum varias descriptiones 2 Cor. IV. 17. (*παραυτικα*). v. 18. (*προσκαιρα*). 1 Petr. I. 6. V. 10. (*ολιγον*). cf. Ebr. XII. 10. m). Neque ea *cum alio incommodorum genere*, sed *cum magnifica beatitate* mutari dicuntur Rom. VIII. 17. f. 2 Cor. IV. 17. 1 Petr. V. 10.

§. 61.

Quin ipsius etiam *corporis* mors tolletur *a*) e medio (1 Cor. XV. 20—26. 54. f. 57). Eadem (Phil. III. 21. 1 Cor. XV. 36. 38. *aa*) 53. f. Rom. VIII. 11) enim, quae, animis beatissima vita fruentibus (v. 10. §. 60. b), computruerant (1 Cor. XV. 42. f. Jo. V. 28), corpora, sed omnipotente vi *b*) mutata (Phil. III. 21. 1 Cor. XV. 51. *c*) & longe alia facta (v. 37. 39—50), immortalia nempe (v. 42. f. 50. 52. Luc. XX. 36. Phil. III. 21. coll. Rom. VI. 9. f.) & beatitati (ζωη Joh. V. 29) universe, eique nominatim quam vivere debebunt, nobiliori, ab hac animali penitus sejunctae, vitae apta (1 Cor. XV. 44—49. VI. 13. Luc. XX. 34—36. σωματα της δοξης Phil. III. 21) reddita, & una *d*) quidem omnia (Jo. V. 28 f. cf. Ebr. XI. 39. f.) e morte excitabuntur & cum suo quodque animo tanquam nova domicilia (2 Cor. V. 1) conjungentur *dd*) certo quodam (Jo. V. 28. 1 Cor. XV. 52. cf. Apoc. XI. 18) ac definito (Act. XVII. 31. §. 65. c), hoc est (§. 61. d), extremo (Jo. VI. 39. f. 44. 54. 1 Cor. XV. 23. f.) tempore *e*), quo & improborum corporibus vita restituetur (Jo. V. 29. cf. Apoc. XX. 15. §. 58), quo (1 Cor. XV. 51. f. 1 Thess. IV. 15—17) novissimi, qui

tum in vita erunt, homines similia resurgentibus corpora per subitam mutationem accipient, quo eodem (Rom. VIII. 23. coll. v. 19. ss. cf. Apoc. XX. 12. ss. cum v. 11. XXI. 1) ipsius etiam terræ similem conversionem (μετάθεσιν, cf. Ebr. XII. 27), ad alia etiam corpora redundaturam *f*) expectamus. Conflagrabit (cf. 2 Petr. III. 7. 10 — 12) enim adspectabilis hic mundus eo consilio, ut caducus esse desinat (Rom. VIII. 21. cf. Ebr. XII. 27. Apoc. XXI. 4), instauratusque (cf. v 1. 5. 2 Petr III. 13) cœli, hoc est *g*), splendidissimi regni Dei pars fiat (Matth. XIII. 38. 41. 43. *h*) cf. Ebr. XII. 28. *i*) Apoc. XXI. 3. *k*), ut igitur cœlestis regni cives (Luc. X. 20. Phil. III. 20. Eph. II. 6. cf. Ebr. XII. 22. f.) ex *humano* genere non modo corpora sua, at regno cœlesti convenientia *l*), sed pristinam quoque & antiquam sedem suam (Matth. XXV. 34. coll. XIII. 41. not. h) & Gen. I. 26. Ps. CXV. 16), ipsis vero antea dignam factam (Rom. VIII. 19. 21), recuperent atque teneant (Matth. V. 5. *ll*) cf. 2 Petr. III. 13. f. Apoc. V. 10. III. 12. extr. XXI. 1 — 3. *m*).

a) Accommodationi ad falsas Judæorum opiniones in hac doctrina eo minus relinquitur locus, quod *etiam contra dissentientes* urgetur & acerrime

defenditur Matth. XXII. 29—32. 1 Cor. XV. 12. ss. 2 Tim. II. 18. (cf. Notit. histor. epp. ad Cor. interpr. serv. p. 78. s.) cf. Act. XVII. 31. s.

aa) Ut ex seminibus ipsis progignuntur (v. 36) stirpes aut fruges, eaeque huic nominatim, quod spargitur, semini congruentes (v. 38. extr.), ita ex eo ipso, quod moritur, corpore futurum (v. 37) procreabitur. Sed ut semen, in quo vis rei progenitae erat, magnam mutationem subire (αποθανῃ v. 36) & variam, qua augeri posset, materiam nancisci (v. 37. 38. init.) debebat, sic futurum corpus non iisdem omnibus aut solis partibus constabit, e quibus cadaver humanum constabat. v. *Michaelis* Dogmatik p. 729—731. Qui efficere poterat (v. 38), ut ex primis foetus humani staminibus sub certa conditione, quae est in utero matris, tale, non aliud, corpus existat; idem efficere haud dubie potest, ut ex iisdem staminibus sub alia conditione, qua erunt tempore resurrectionis, longe aliud corpus existat.

b) Phil. III. 21. Matth. XXII. 29. Act. XXVI. 8. 1 Cor. VI. 14. Rom. VIII. 11. coll. VI. 4. & Eph. I. 19. s. add. Comm. in ep. ad Hebr. p. 528.

c) *Utrique* (παντες v. 51), non modo superstites (v. 52), sed mortui quoque, pariter *mutabuntur*. Atqui homines, tempore resurrectionis adhuc futuri in vivis, suum profecto, quod tunc habebunt, corpus *non exuent* (2 Cor. V. 2—4. cf. Diss. de beata vita post mortem p. 10. s.), sed cum veteribus proprietatibus commutabunt (v. 4. extr.) novas, quas *eidem corpori* induent (v. 2. 1 Cor. XV. 53). Ergo etiam

etiam mortuis reddetur *antiquum* corpus ipsum, sed mutatum. Utrinque est instauratio (v. 51), utrinque (apud τοις νεκροις aeque & ceteros v. 52) δει ΤΟ ΦΘΑΡΤΟΝ ΤΟΥΤΟ ΕΝΔΥΣΑΣΘΑΙ αφθαρσιαν (v. 53. f.).

d) cf. Allg. deutsche Bibl. T. CXI. p. 374. (ubi refellitur Johannis Frid. *de Cotes* sententia de novi, in quo anima deinceps commoretur & agat, corporis evolutione in ipso mortis articulo). Exceptio Matth. XXVII. 52. f. & Apoc. XX. 4. (cf. Apol. der Offenb. Joh. §. 27) firmat (v. 5) regulam. v. Diss. cit. p. 26.

dd) Sin secus, non essent *nostra* (1 Cor. XV. 49. 51. f. VI. 14. 2 Cor. IV. 14) ipsorum, qui hoc corpore olim instrumento usi eramus (Joh. V. 29. 2 Cor. V, 10), corpora.

e) Resurrectionis tempus (Marc. XII. 25) erit tum, cum genus humanum per procreationis successionem propagari & per mortes imminui desinet (Luc. XX. 35. f.), novusque rerum ordo (ο αιων εκεινος v. 35) huic praesenti (τω αιωνι τουτω v. 34) succedet, ne multa, sub illius, quam homines nunc in his terris vivere solent, vitae finem (εν τη συντελεια του αιωνος τουτου Matth. XIII. 39. f. 49).

*) cf. §. 83. not. *).

f) Non modo ad terram, sed ad coelum quoque (cf. Ebr. XII. 26. Apoc. XX. 11. 2 Petr. III. 7) pertinet, & ad illud quidem coelum, in quo sunt sidera (ερανοι v. 10. 12. cf. *Bengelium* ad v. 10). Per se est credibile, telluris hujus, si connexae inter se & aptae esse debeant novi συστηματος partes, tantum mu-

tationem fieri non posse, quin pertineat etiam ad conjunctiora certe corpora cœlestia.

g) cf. Matth. V. 12. cum v. 3. 10. VI. 20. cum v. 33. XIX. 21. cum v. 23. f. Luc. XII. 33. cum. v. 32. adde Diss. de notione regni cœlestis p. 36. f.

h) *Terra* (v. 38), in qua fuerant improbi, his purgata, erit regnum Christi (v. 41) & (Eph. V. 5. cf. Apoc. XI. 15) Dei, in quo pii homines splendebunt (Matth. XIII. 43), eademque, ut in aliis, quas beatorum animi ante resurrectionem corporum hujusque terræ instaurationem in melius incoluerant, regni divini partibus, bona (§. 60) cœlestia (1 Petr. I. 4. Col. I. 5. III. 1. 2. cf. Ebr. X. 34) possidere pergent, quamvis profecti in novam, sed reliquis partibus conjunctissimam, cœli seu regni divini provinciam.

i) Diss. cit. p. 38.

k) cf. *Eichhornii* Comm. in Apoc. Vol. II. pag. 303. f.

l) vs. 1 Cor. XV. 48. f. 2 Cor. V. 1. f. & Diss. de beata vita post mortem p. 10. cf. quoque Luc. XX. 36. cum Matth. XXII. 30. XVIII. 10.

ll) Formula: κληρονομησαι την γην (Ps. XXXVII. 9) tanto exquisitius ad regni divini (Matth. V. 3. 10) adeptionem transfertur (v. 5. cf. Diss. I. in LL. N. T. histor. p. 13. f.), quod in ipsa *terra*, sed instaurata, divinum Christi regnum vigebit. cf. *Gözium* ad l. c. p. 70.

m) [illegible] *Michaelis* l. c. p. 719. f.

§. 62.

In utroque (§. 60. s.) statu a) Christus (Jo. XIV. 3. 1 Thess. IV. 17. 14. b) 2 Thess. II. 1. 1 Jo. III. 2. c) Jo. XVII. 24. XII. 26. 32. d) cf. Ebr. XII. 14), eoque ipso (Jo. XIV. 6—9) etiam e) Deus (v. 2. Matth. V. 8) beatis hominibus singulariter praesentem se exhibet (cf. Apoc. VII. 15. 17. & XXI. 3. 22. s. XXII. 3—5), suaque efficientia & universa loci, quo res humanas in altera illa vita esse jubebit, opportunitate ac praestantia f) cum vitiositatem (§. 56) deleverit (Eph. V. 27) ab Adamo propagatam (§. 55), tum pietatis felicem (Matth. V 6) atque constantem (2 Tim. IV. 6 — 8. g) exercitationem h) adjuvat. Veluti merorum (Luc. XVI. 26. XIII. 27. s. Matth. XIII. 30. 40 — 43. 48 s. XXV. 32. ss. XXII. 11 — 14. 1 Petr. I. 4. cf. Ebr. IX. 15. m). 2 Petr. III. 11—14. Apoc. XX I. 14. s.) bonorum, & hominum (Luc. XVI. 22. s. XIII. 28. Matth. VIII. 11. 2 Thess. II. 1. 1 Thess. IV. 17. V. 10. 1 Cor. XV. 29. i) & angelorum k), societas magno singulis non ad tranquillitatem modo & voluptatem, sed ad ipsos etiam progressus in sanctimonia & cognitione nominatim adiumento est l), universe autem

bona præclara (Luc. XVI. 10. f.), in quorum usu & administratione beati homines versantur (v. 11. f. Matth. XXV. 21. 23. Luc. XIX. 17. 19. 26), cum amoris (1 Cor. XIII. 8) & fidelitatis (Luc. XVI. 10 — 12. XIX. 17. Matth. XXV. 21. 23) exercendæ multiplicem materiam suppeditant, tum ad perfectiorem, qua beati gaudent (1 Cor. XIII. 10 — 12. Eph. IV. 13. cf. Apoc. II. 28. *m*), cognitionem Deique admirationem alendam maximas opportunitates habent.

a) v. Diss. de beata vita post mortem p. 23. f. 27.

b) v. Diss. in epp. Pauli minorum aliquot loca p. 29. f.

c) Pronomen αυτος ad *Christum* refertur, qui φανερωθησεται (II. 28), & de quo etiam III. 3. 5. sermo est. v. über den Zwek der evl. Gesch. Joh. p. 205. Ceterum hic locus cum superioribus spectat (cf. §. 65. c). d) *consummatum*, de quo §. 61. diximus, beatorum statum; de statu *post mortem* (§. 60) vide 2 Cor. V. 6 — 8. Phil. I. 23. Ad *utrumque* pertinent loca, quæ deinceps commemorantur.

d) v. libr. cit. p. 18.

e) Deus, quamvis per se inaccessus & invisibilis (1 Tim. VI. 16. I. 17), multa tamen suæ præsentiæ documenta cœlitibus dare potest (Matth. XVIII. 10), quæ in his terris locum non habent. Sed omnium perfectissime suam illis præsentiam declarat, ex quo Christi, *hominis*, spectandi copiam fecit. cf. l. c. §. 105.

f) v. Comm in ep. ad Hebr. p. 580.

g) cf. Ebr. XII. 23. z). Apoc. III. 12. init. & Diss. de beata vita post mortem p. 36. Adde Luc. XVI. 9. coll. v. 4. & v. 12. coll. v. 2—4.

h) cf. *Nösselt* über den Werth der Moral p. 121. ss.

i) v. de hoc loco Diss. de notione regni cœlestis p. 25. de eo, qui præcedit, Diss. in epp Pauli minor. p. 30. f. cf. quoque Apoc. VII. 9. ss. Ebr. XII. 23. y). (Ceterum universa illa piorum hominum conjunctio *eorum propria, inter quos, olim intercesserat* usus, novæ consuetudini locum certe relinquit, nec familiarium ac necessariorum desiderium haberi posse indignum, quod vel capiat christianum vel expleatur a (§. 65) Jesu Christo, ipsius Domini exemplo (Joh XIV. 2. f. 18. f.) patet. Accedit, quod misericordia (Luc. VII. 13) Jesu gaudet, *suos reddere* orbis (v. 15). Quoad ergo *justitia* judicis (Joh. V. 27—29) patietur, etiam (cf. v. 25—28) olim, cum omnes (v. 28) mortui obsequentur voci revocantis ad vitam filii Dei, *suos reddet* orbis.)

k) v. Luc. XX. 36. Col. I. 20. not. 36. cf. Ebr. IX. 23. not. o). XII. 23. t). Apoc. VII. 11. (Diss. de beata vita post mortem p. 33). Similiter mali homines cum malis *angelis* consociari leguntur (§. 51. b). Bonorum hominum conjunctio cum bonis angelis etiam loco Zach. III. 7 confirmari poterat (v. *Hessii* Gesch. der Israëliten T. XI. p. 309), nisi ambiguæ explicationis esset (v. *Stäudlin* Neue Beitr. zur Erkl. der bibl. Propheten p. 312).

l) v. Diss. de beata vita post mortem p. 32—35.

m) l. c. p. 29. ss. Diss. de sensu vocis πληρωμα p. 15.

31. *b*) Jo. XI. 25. Coll. III. 4. I. 27. 1 Tim. I. 1. cf Ebr. II. 10. V. 9. non eatenus modo, ut *ipse* (Jo. X. 28. XI. 25. f.) Deusve *per ipsum* (XVII. 2. 1 Cor. XV. 57. 2 Cor. IV. 14. 1 Theff. IV. 14. Jo. V. 22. 27. Act. XVII. 31. Rom. II. 16. 1 Tim. VI. 14. f.) conferre in fuos velit beneficium falutis, itaque *Jesus Christus* regno divino mortuorum animos recipiat (2 Tim. IV. 18. coll. v. 8. 1. Jo. XI. 26. coll. v. 25. Luc. XXIII. 42. f. Act. VII. 59. *c*), & corporibus quoque vitam reftituat (Jo. V. 28. f. VI. 39. f. 54. Phil. III. 20. f.), & univerfe tanquam judex generis humani *d*) fuam cuique fortem affignet (Jo. V. 22. 27—29. Matth. XVI. 27. XXV. 31. fs. Act. X. 42. XVII. 31. 2 Cor. V. 10. Rom. XIV. 10. 1 Cor. IV. 5. 2 Theff. I. 7. fs. 2 Tim. IV. 1. 8. 1 Petr. V. 3); fed haftenus quoque (Eph. I. 6. f. Rom. III. 24. coll. V. 1. 2. §. 92), ut beatitatis nobiscum communicandæ jus impetraverit & meruerit. Quemadmodum enim primus homo meruit, ut bona, qua ufus fuerat (§. 53), conditione defineret effe & inciperet uti mifera illa conditione, quam propagavit in pofteros (§. 54—57): ita (1 Cor. XV. 21. f. Rom. V. 1. f. 12—19. 21. §. 59. a) Jefus Chriftus meruit (§. 87—92), ut præftantif-

sima sua conditione (§. 78) utatur (§. 94. ss.) effectrice (1 Cor. XV. 48. s.) beatitatis humanae. Sed de his plura persequemur in libro *quarto*, qui de Servatore nominatim aget.

a) Diss. de sensu historico p. 13. s. Diss. I. in LL. N. T. histor. aliquot loca p. 91. 89.

b) Diss. II. in LL. N. T. histor. p. 77. s.

c) cf. supra §. 42. h). Qui ante Christum beata morte occubuerunt, eorum animi beatitate potiti sunt (Gen. V. 24. Luc. XX. 37. s. XVI. 23. ss. Joh. VIII. 56. coll. v. 52. s. cf. Ebr. XI. 5. & Diss. de beata vita post mortem p. 6. 20. 33. 31) certe *propter Jesum* (§. 66. a). Sed & nova ornamenta ad hanc beatitatem accesserunt (§. 97), ex quo coelum excepit hominem Jesum, & maxime corporis, Adami vitio demortui (1 Cor. XV. 21. s. Rom. V. 12—17. 21. §. 55), restitutionem (§. 61) ac integritatem salutis prisci illi *a Christo* demum accipient, qui primus omnium revixit (1 Cor. XV. 20. 23. Col. I. 18. Act. XXVI. 23), omniumque, etiam eorum, qui paullo post ipsum resurrexerunt (Matth. XXVII. 53. cf. *Hessii* Gesch. der drey lezten Lebensjahre Jesu T. II. p. 312. 363. ss.), beatitatem perficiet demum multisque numeris absolutiorem reddet (2 Tim. IV. 8. cf. Ebr. XI. 39. s.) tempore judicii solemnis, quod *communi* omnium resurrectioni conjunctum erit (Jo. V. 21. s. 27—29. XII. 48. coll. VI. 39. s. 2 Thess. I. 7—II. 1. coll. 1 ep. IV. 15. s. & 1 Cor. XV. 23 cf. Apoc. XX. 11. ss.). Dum futuri mundi cives nondum omnes nati sunt, ea, quae nunc est (Luc. XX. 34), humani generis conditio rerumque terre-

narum facies immutari novusque, qui expectatur, mundus (§. 61) succedere non (v. 35) potest. Sed hominum beatitas tum perfecta erit atque consummata (cf. Diss. de beata vita post mortem p. 94. f.), quando non sua modo corpora, sed & destinatam ipsis sedem (§. 61. h—m) recuperabunt accommodata ad vitam beatissime agendam. Ut igitur adspectabilis hic mundus non potest citius instaurari, quam novi mundi cives (cf. 2 Petr. III. 13. f.) nati omnes fuerint, & (cf. v. 9) resipuerint, quos ad bonam frugem se recepturos esse Deus praevideat; ita defunctorum consummata *in novo* illo mundo beatitas posterorum gratia (cf. Ebr. XI. 40. f) in extremam hominum aetatem (§. 61. e) differri debet, hoc est (§. 65. d), in gloriosum adventum judicis, qui & superstitibus & reversis in vitam civibus novi, quem ipse (cf. Ebr. XII. 26. ii). Ap. XX. 11) efficiet, mundi, suum in eo locum accommodate ad superioris, in hac eadem, tum vero nondum instaurata, terra actae, vitae rationem (2 Cor. V. 10. 2 Tim. IV. 6—8. Matth. XXV. 34. (s. §. 63) assignabit. Quapropter etiam *tempus* illud *extremum* conjunctusque *Domini adventus* tanquam summa spes & ultima meta christianis proponi solet (Jo. VI. 39. XIV 3. 1 Petr. I. 5—9. 1 Cor. I. 7. f. Phil. I. 6. 10. III. 11. 20. f. 1 Thess. I. 10. II. 19. III. 13. V. 4. 10. 23. 1 Tim. VI. 14. 2 ep. I. 18. IV. 8. Tit. II. 13. Col. III. 4. 1 Jo. III. 2. IV. 17. cf. Ebr. IX. 28. X. 25. 37. 2 Petr. I. 16. III. 4—14. Diss. de beata vita post mortem not. 28).

d) Judicium de *hominibus* per *Christum* Deus peraget, quia (Jo. V. 27) Christus υἱὸς ἀνθρώπου, seu

homo (ἀνὴρ Act. XVII. 31) est. Neque enim loco Joannis laudato υἱὸς ἀνθρώπου cum articulo dicitur, qua demum formula significat excellentem (Odff. gr. p. 122. f.) inter omnes & singularem hominem, Messiam (cf. Diff. I. in LL. N. T. histor. p. 33), sed υἱὸς ἀνθρώπου simpliciter, id est (Ebr. II. 6. Marc. III. 28), homo appellatur. Et certo quidem (Act. XVII. 31. 1 Cor. IV. 5. Rom. II. 5. 16. Matth. XVI. 27), sed incognito (XXIV. 36. 1 Thess. V. 2. f. cf. 2 Petr. III. 10) tempore, quod mundo huic adspectabili supremum erit (Matth. XIII. 40. 49. Jo. XII. 48. cf. Apoc. XX. 11. 2 Petr. III. 7), humani generis universitas (Matth. XVI. 27. XXV. 32. Rom. II. 6. 16. XIV. 10. 2 Cor. V. 10. cf. Jud. 15), seu una omnes, quotquot in his terris (Act. XVII. 31) vel olim fuerant (Jo. V. 28. f. cf. Apoc. XX. 12. f.) vel ad illud usque tempus superstites vivent, (v. 2 Tim. IV. 1. 2 Cor. V. 9. Act. X. 42. 1 Petr. IV. 5), coram omnibus (Matth. XXV. 31) angelis (XIII. 41. 49. XVI. 27. 2 Thess. I. 7. cf. Jud. 14), judicabuntur sic, ut non effectis solis cernant e conspectu abditum (Col. III. 3) Jesum, sed (v. 4) hominem (Jo. V. 27. Act. XVII. 31) Jesum ipsum conspiciant (1 Thess. IV. 16. Matth. XXIV. 30. cf. Diff. I. in LL. N. T. hist. p. 37. ss. Diff. II. p. 22. f.), qui non minus aderit praesens & adspectabilis, quam olim his in terris adfuerat (Act. I. 11. cf. Ebr. IX. 28. & Ernesti Thes. Theol. dogm. P. III. Thes. IV.). Spectat autem illa celebritas ad declarandam Jesu Christi dignitatem (Jo. V. 22. f. cf. Mori Epit. theol. christ. p. 295. f.), ut vel improbi, qui, sive superstites futuri sint (1 Thess. V. 3.), majestatem Christi, oculis in hac

terra nondum subjectam (Col. III. 3), cernere ac videre non potuerant, sive mortui fuerint (cf. Jo. V. 29. extr.), post mortem suam (cf. §. 60) non fuerant cum Christo versati, quibus utrisque nec (Matth. XXV. 41. VII. 23) posthac apud Jesum (cf. §. 62) manere licebit, semel certe majestatem, a persona & comitatu Jesu Christi (XXV. 31. Luc. IX. 26. 2 Thess. I. 7), omniumque (v. 10. 1 ep. III. 13. cf. Ebr. XI. 39. f.), ipsius beneficio beatorum, hominum conjuncto splendore (Col. III. 4) elucentem manifesto, cernant oculis, suumque dominum, quem ignoraverant, sed cujus beneficio, instar aliorum (§. 71), quos beatos videbunt, salutem consequi poterant, quemve contemserant adeo ejusque evangelio, cujus fides tunc in oculis posita erit (Joh. XVII. 21. 23. 2 Thess. I. 10. cf. über den Zwek Joh. p. 438. f. Diss. de beata vita post mortem not. 80), fidem habere recusaverant (v. 8), nunc saltem agnoscere & revereri cogantur (Phil. II. 10. f. Matth. XXVI. 64. cf. Diss. de notione regni coelestis not. 21). Quo pacto ad honorem Dei (Joh. V. 23. Phil. II. 11) & Jesu Christo, decretus a Deo, honos (v. 9—11. Eph. I. 20. ss.) re ipsa habebitur (cf. Ebr. II. 9. o), & manifestum omnibus fiet, neminem hominem miserum (§. 58) eo esse, quod aliunde contractis (§. 55—57) miseriis a Deo relictus fuerit (cf. Comm. in ep. ad Hebr. p. 661), sed misericordia Dei (§. 59) humanae salutis restitutorem (§. 65) fuisse datum, quem negotio parem fuisse & universa ejus facies & praesentis cum ipso *hominum* ab ipso servatorum concionis mirifica beatitas loquatur (2 Thess. I. 10. 12. Col. III. 4), ut incidentes in miserias, quas

tot alii, aeque homines, effugerint, non Deo, sed sibi debeant succensere (Luc. XIII. 28. s. Matth. XXV. 30). Sed & ipsi beatorum hominum concioni honorificentissimum erit (1 Petr. I. 7. V. 3. 2 Tim. IV. 8. Rom. II. 7. 10. 1 Cor. IV. 5. 2 Thess. I. 12. Col. III. 4. 1 Joh. III. 2. cf. Diss. de beata vita post mortem p. 25), coram angelorum (Luc. XII. 8. cf. Apoc. III. 5. cum XX. 12. 15) & hominum universitate Christi & patris ejus deliciis annumerari (Matth. XXV. 40. 34), omnique expectationi suae, quamvis multifariam contemtae ac delusae, plenissime respondentem exitum cernere (2 Thess. I. 10. 1 Petr. I. 9. cf. Briefe von Stolz. Erste Hälfte p. 17. ss.).

§. 66.

Illud Dei consilium (1 Thess. V. 9. s.), salutem (§. 60—64) hominibus per Christum (§. 65) addicendi, non poenas, *tam late patet quam* (Rom. V. 12—19) *mortis necessitas & miseria ab Adamo orta.* Ergo salus, per Christum parta, h. e. futura vacuitas a morte (§. 60. s.), vitiositate (§. 62) & conjuncta (§. 57. s.) miseria (§. 60—64), nominatim a morte (§. 60. s.), non paucis vel hominibus vel populis destinata fuit, sed *multitudini* (v. 15 19. Matth. XXVI. 28. XX. 28. cf. Ebr. IX. 28.) *hominum universae* (Rom. V. 12. 18. 1 Tim. II. 1 – 6. IV. 10. Tit II. 11. 2 Cor. V. 15. 19. 1 Jo. II. 2. Jo. VI. 51. III. 16. s. I. 29. cf. Ebr. II. 9),

etiam iis, qui morte, ab Adamo orta, occubuerunt ante Christum (Rom. V. 15 18. f. coll. v. 12—14. III. 25. 1 Petr. III. 18—20. cf. Ebr. IX. 15. 26. *a*).

a) Comm. in ep. ad Hebr. p. 562. ss. 524. ss.

§. 67.

Neque tamen continuo salutis destinatae omnes re ipsa compotes fiunt (§. 58. 75. d). Quamquam enim *misericordis* (§. 59) Dei consilio provisum est, ne (§. 60—62) cuiquam (§. 66) vitiositas & miseria adventicia (§. 55—57) per se sola fraudem ferat, divina tamen *justitia* (§. 24. 73. a) decrevit, ut jus quo omnes aeque sunt, etiam *a*) ii (Luc. XXII. 19. f. coll. v. 21. f. 1 Thess. V. 9. f. coll. III. 5. Matth. XVIII. 11—14. coll. v. 6. ss. Rom. XIV. 15. 1 Cor. VIII. 11. cf. 2 Petr. II. 1. I. 9), qui beneficio communi sua culpa (Rom. I. 18—20. X. 16—21. IX. 32. Act. XIII. 46. 2 Thess. II. 10. 12. Matth. XXIII. 37. Luc. XIX. 44. cf. VII. 30) non fruentur, usurpare liceat nemini, qui ad illud usque tempus, quo maxima (§. 60), quae Christus omnibus peperit (§. 65. f.), bona adeunda essent, hoc est, ad mortem usque (cf. §. 60. 65. c) vel solemnis judicii (§. 65. d) tempus

in minoribus istis, quae cuique in his terris (§. 63), rerum humanarum tenuitate (§. 55. f.) non obstante, credita fuissent, *infidus* esse perrexerit. Luc. XVI. 10. XIX. 13. 15. 17. 26. Matth. XXV. 19. 21. 23. 26. 29. 1 Cor. IV. 2. Sed pro eodem amore suo, qui salutem omnibus decrevit (§. 66), Deus etiam cupit infidelem esse neminem Ez. XVIII. 23. 32. XXXIII. 11. Luc. XIV. 21. Rom. II. 4. f. IX. 22. *b*) 1 Tim. II. 4. cf. 2 Petr. III. 9.

a) l. c. p. 375. ss.

b) v. supra. §. 24. c). Diss. II. in ep. ad Col. p. 53. f.

§. 68.

Ex hac lege homines, qui *infantes* decedunt, salutis, cujus potiundae jus item, ut (Rom. V. 12. 18. f. 15) mortis necessitas, ad ipsos pertinet (§. 66), haud dubie compotes fiunt (Marc. X. 14. 15. *a*). Neque enim per infidelitatem (ut ἀδικοὶ Luc. XVI. 10) amiserunt jus, a Christo partum, neque adventicium malum, cujus vitio (§. 55) probandae ἐν ἐλέγχῳ fidei occasionem una cum vita amiserunt *b*) fraudi ipsis erit (§. 67).

a) Comm. in ep. ad Hebr. p. 504. ss.

b) l. c. p. 660. 584 — 586.

§. 69.

Qui *rationis usu gaudent*, in iis, ut parata a Christo salute potiantur *a*), requiritur *b*) fidelitas (§. 67) erga conscientiae sensum (Rom. II. 12—15), qui impellit ad praestandam reverentiam invisibili judici (v. 15. s. §. 17), ex operibus, in mundo adspectabili extantibus, hoc facilius (§. 18) agnoscendo (I, 19—21. Act. XIV. 17. Ps. XIX, 2—4), quo fidelius quisque obsequitur eidem illi sensui, quem & interdum res externae, Deo providente (§. 39), singulariter acuunt, ut calamitas insignior (Luc. XV. 14—17. cf. Iob. XXXIII. 19. ss.) aut beneficia Dei singularia (Rom. II. 4. cf. Iob. XXXIII. 18. 25. ss.).

a) quemadmodum (§. 65. c*) Enochus. cf. Ebr. XI. 5. m). n).

b) l. c. v. 5. o). p). v. 6. q). p. 247. f. 684.

§. 70.

Praeterea Deus inde a principio salutaris veritatis notitiam variis monitis ac institutis adjuvit *a*), quumque postmodo Dei monita & magnitudinis ejus documenta evidentiora inter Israelitas *b*) cum primis extare consueverunt, ipsum hoc institutum, quamvis idoneam ob caussam *c*) omnino circumscriptum

fuerit (Eph. II. 14. s. Col. II. 14), & inserviit passim notitiis exterorum adjuvandis *d*), & spectavit totum ad humani generis communem salutem procurandam (Gen. XII. 3. XXII. 18. *e*), locumque aperiendum (Gal. III. 19 — 24. IV. 1 — 3. *f*) christianae doctrinae, quae ad omnes gentes sine discrimine pertinet Matth. XXVIII. 19. XXIV. 14. Luc. XXIV. 47. Jo. X. 16. Act. XVII. 30. 1 Tim. II. 4. Rom. I. 5. 14. IX. 24. X. 18. Eph. I. 9—13. II. 13. ss. III. 6 — 9. Col. I. 5. s. 23. 28. cf. Marc. XVI. 15).

a) v. supr. §. 19. c). & b. *Reussii* Opusc. Fasc. II. p. 115. ss. b. *Zachariae* bibl. Theol. §. 213. s. P. IV. p. 5. ss.

b) De notitiis Israëlitarum, qui vixerunt ante Christum, v. Comm. in ep. ad Hebr. p. 446. ss. 498. 507. f. 684.

c) l. c. p. 470. ss.

d) v. supra §. 19. c). *Zachariae* l. c. §. 214 — 216. p. 17. ss. 28. ss. Interdum e reliquis gentibus una vel altera expressius quoque & nominatim per doctores ei proprie & ejus gratia missos fuit monita (Matth. XII. 41. cf. *Zachariae* l. l. p. 30. s. 41. f.)

e) cf. *Hessii* librum von dem Reiche Gottes Sect. X. XI. P. II. p. 5. ss.

f) Comm. in ep. ad Hebr. p. 466. ss. 204. ss.

§. 71.

Caussas vero, quamobrem permultae gentes & ante Christum (Deut. IV. 7. s. Ps. CXLVII. 19. s. Act. XIV. 16) & post reditum ejus in vitam aditu notitiae, Israelitis & post Christum in coelos elatum aliis quoque multis gentibus patefactae, caruerint & careant *a*), ut in compluribus rebus *b*), quae divina providentia administrantur (Rom. XI. 33), expiscari & assequi non possumus *c*). Hoc vero scimus, ab eo demum *d*) multa requiri (Luc. XII. 48), cui multa credita fuerint, & contrariam suspicionem (Matth. XXV. 24) impiam erga Deum esse (v. 26), eos igitur, quibus pauciora adminicula *e*) pietatis & virtutis obtigissent, si infidi fuerint, poenas quidem daturos esse (Rom. II. 12. §. 17. a), sed minores certe (Luc. XII. 47. f. Matth. XI. 21—24) iis, quibus majorum adminiculorum spretores afficientur; qui contra fideles se praestiterint in paucis, eos tamen magnis illis (§. 60), quae ipsis etiam (§. 66) a Christo parta sunt, bonis potituros esse (Luc. XVI. 10. Rom. II. 10. *f*) cf. Apoc. XI. 18. XXI. 24—26) modo ad ipsorum conditionem accommodato (Rom. II. 10. cf. Apoc. XXII. 2. §. 63. c).

a) Uno verbo, cur vocatae non fuerint aut vocentur. Nam *vocari* dicuntur, qui divinitus procurata doctrina (2 Thess. II. 14) *invitantur* ad salutem (v. 13. s. 1 ep. II. 12. 1 Petr. V. 10. 1 Tim. VI. 12. Phil. III. 14. Eph. IV. 4) eaque dignam (v. 1. 1 Thess. II. 12. 2 ep. I. 11) animi indolem (Luc. V. 32), sive repudient oblatam doctrinam (XIV. 16. s. 24. coll. v. 18—20. Matth. XXII. 3. s. 8) sive admittant (1 Cor. I. 24. coll. v. 23) vel sic, ut in usus quoque suos convertant (Rom. IX. 23. s. 2 Tim. I. 9. 1 Cor. I. 7—9, & in civitate Dei (κλητοις, cf. 1 Petr. II. 9. cum Rom. XI. 29. Es. XLVIII. 12) ita sint adscripti, ut Dei sui amantes sint & sempiternis ab eo beneficiis ornari possint (Rom. VIII. 28—30), vel eatenus tantum (Matth. XXII. 14. coll. v. 11. ss.), ut doctrinam oblatam profiteantur & veris civibus Dei societate & usu tantisper conjuncti sint. cf. *Zachariae* l. l. §. 218. *Eckermanni* Theol. Beyträge T. II. P. I. n. 2. p. 60. s.

b) Non hoc solum interest inter homines, quod alii eo, quem e sacris literis finivimus (not. a), sensu vocantur, alii non item, sed ceteris quoque opportunitatibus, in quibus pariter magna vis est in utramque partem conformationis animi & morum, homines inter se plurimum differunt; velut aliorum alia materies, alia educatio, alius usus & consuetudo, alia fortuna est.

c) Illud intelligimus, cupiditati & partium studio nullum in divina rerum humanarum administratione locum esse (Act. X. 34. s. Rom. III. 29. s. 1 Tim. II. 4—6. Coll. III. 11). Nec dubium est, quin rector mundi, qui uniuscujusque & universorum res omnes

accuratissime solus perspicit (§. 22), tum memorabile illud (Act. XVII. 30) christianae doctrinae initium suo (Tit. I. 3 1 Tim. II. 6), hoc est, sapientissime (cf. Rom. XVI. 27 cum v. 25. s.) constituto (Gal. IV. 4. coll. v. 2), tempore fecerit, tum vicibus, per quas uberior salutaris veritatis notitia aliis atque aliis gentibus innotescit, eadem sapientia incomprehensa moderetur (Rom. XI. 30—34). cf. b. *Reussium* l. c. p. 151—160.

d) Απιστια (Jo III. 18. 36. cf. Marc. XVI. 16) in eos, quibus evangelium, quod loci laudati sonunt (Jo. III. 19. s. 32—34. cf. Marc. XVI. 15) promulgatum esse (cf. Jo. VI. 36. 40. XII. 47 XIV. 21), plane non innotuit, ne cadit quidem (Jo. XV. 22. Rom. X. 14). v. Comm. in ep. ad Hebr. p. 685. Salutis eorum, qui omnino non vocantur (not. a), omnem spem nec loco Rom. VIII. 29. s. praecidi, infra (§. 74. a) ostenditur.

e) Non est incredibile (§. 37. cf. §. 115), sensus conscientiae non modo contemplatione mundi certorumque eventuum singulari vi (§. 69), sed interna quoque omnipraesentis (Act. XVII. 27. s.) Dei efficientia tanto magis juvari, quanto quisque fidelior fuerit erga priores pios sensus. Et sensus ejusmodi, ad animum gratum piumque (Act. XIV. 17. Rom. I. 21. II. 4) vel in spem, fiduciam ac desiderium vocantes, ultra progredi possunt (VIII. 26. s.), quam distincte videt animus. Quamquam nec indignum est (§. 35—38) servatore hominum (1 Tim. II. 3. s.), uberiores notitias, quas forte pio (Act. X. 35) & obvia veritate fideliter uso (Marc. IV. 24. s.) animo ad constantiam & tranquillitatem necessarias

(Act. XI. 14) esse viderit, tum, cum alia via (cf. e. c. 2 Reg. V. 2, & *Michaelis* Dogm. p. 528. f.) non patet, sua ipsius efficientia suppeditare (Act. X. 1—6, VIII. 26. ss.). cf. *Reussium* l. c. p. 129. ss. 139. ss. *Clessii* Versuch über den neutestam. Begriff des Glaubens p. 96. ss. *Köppen* über einige Recens. des Buchs: die Bibel, ein Werk der göttl. Weisheit p. 39. f.

f) cf. *Mori* Epit. Theol. christ. p. 128. f. *Reussium* l. c. p. 144 — 151. *Hessii* Bibl. der heil. Gesch. P. I. p. 431. f. *Rösleri* Lehrbegr. der christl. Kirche in den drei ersten Jahrhunderten §. XLIII.

§. 72.

Quibus propior notitia Dei (§. 70) offertur (§. 71. a), eorum fidelitas (§. 67) *hujus* notitiae usu judicatur (Rom. II. 12. Jo. XII. 48. XV. 22. 24. cf. Marc. XVI. 16. Jac. II. 12). Ut enim majori *a*) beneficio affecti sunt, cujus fido usu ultra, quam ceteris (§. 71) datum est, & in majus fastigium beatitatis provehi possunt (Rom. II. 10. §. 63. c); ita plus etiam requiritur ab iis (Luc. XII. 48), & in perfidiam gravius (v. 47. Matth. X. 15. XI. 20 — 24. §. 58. d) animadvertitur. Et ne fidelis quidem erga conscientiae sensus (§. 69), neque pio erga divinum Numen ethnico fidelitate par habendus est *b*), qui divina auctoritate oblatam doctrinam temere vel petu-

lanter contemnit aut certe parum curat. Cum nostra, quibus Christus innotuit, maxime intersit, quam recte *christiana* doctrina utamur, de *hujus* fideli usu seorsum (L. V) exponemus.

a) Pium (Act. X. 2. 4. 35) Cornelium notitiis christianis augeri, non supervacaneum (XI. 14), sed pietatis superioris luculentum praemium erat (X. 4. s. 31. s. 34. s.). cf. Paulus, oder Beyträge zur Vertheid. der Apostel Jesu, von *Hildebrand* P. II. Commentat. XII. p. 200. ss.

b) Comm. in ep. ad Hebr. p. 684 ss.

§. 73.

Tametsi infidis negatur salus (§. 67), & fidelibus ipsis pro diversitate fidelitatis diversa mensura tribuitur (§. 63. d), quamquam ergo hactenus *a*) pro fidelitatis praemio potest haberi (Matth. V. 12. XVI. 27. Luc. VI. 35. X. 28. coll. v. 25. 2 Tim. IV. 7. s. Phil. III. 14. Rom. II. 6. s. 2 Cor. V. 10. Eph. VI. 8. Col. III. 24. 1 Cor. III. 8. XV. 58. cf. Ebr. X. 35. 2 Jo. 8); nostrae tamen fidelitatis merito nequaquam *b*) debetur (Tit. III. 5. 2 Tim. I. 9. Eph. II. 8. s. Rom. IV. 2—6. III. 20. 28. IX. 32. Gal. II. 16. *c*), sed *d*) merae gratiae donum est (Eph. II. 5. 7. s. 2 Thess. II. 16. Tit. III. 7. Rom. III. 24), acceptum referendum Christo (v. 24.

§. 65) & misericordiae divinae (§. 59), quae salutis restitutorem decrevit atque exhibuit (2 Tim. I. 9. Jo. III. 16. 1 Jo. IV. 9. s. Rom. V. 8. cf. Ebr. II. 9. §. 75. a). Ad hanc caussam, non profecto ad fidelitatem, quae nulla erat, infantum decedentium salus referenda est (§. 68). Hanc eandem agnoscere non dubitabit, quisque suam fidelitatem cum destinata nobis salute (§. 60) contenderit integre *e*). Neque enim hoc agitur, ut fidelitatis praemia qualiacunque consequamur, delictorum, a quibus nemo liber est, poenis dedecorata (§. 57. d), sed ut veniam nacti (§. 89) omnibus malis vacua (§ 60) beatitate gaudeamus. Non agitur de sorte, praesenti nostrae conditioni proxima, sed de tali forma beatitatis, qualem suo se modulo metientes homines expectare per se ipsi nullo modo poterant (Eph. II. 7. Luc. XV. 21. ss. *f*). Quis enim nostrum *g*), nisi ignarissimus sui, tam purus sibi videatur, ut a sua praestantia conjunctionem cum puris angelis & cum sanctissimo Jesu (§. 62. 64) expectare audeat? Quis tam vecors est, ut ex animi sui indole & vitae sanctimonia per se ipsa etiam corporis laetabilem resurrectionem & splendidissimam habitationem (§. 61) speret?

a) Hactenus vero manet beneficium, quatenus ea demum lege, ut ponatur jam & sumatur, vitiosis hominibus *decretam tamen esse immeritam salutem*, vel amittere vel suo quisque modo participare possumus beatitatem, ad quam *gratiosi illius consilii virtute* aditus patet. Quod homines, aliena culpa eo (l. c. p. 660. ss.) deductos, ut per vitium cum natalibus allatum aut moriantur ante (§. 68), quam fideles se praebere possint, aut cum omni fidelitate ad eam tamen sanctitatem in hac vita pervenire nequeant (§. 56. extr.), quo, si nulla vitiositas innata esset, fidelibus eniti integrum fuisset, in locum primitus destinatum velut restituere & elatam ultra humani generis adventitiam sortem beatitatis metam proponere Deus voluit, *clementiae* assignandum est (§. 59). Neque illa destinatio talis tantaeque beatitatis eo, quod non pendet ex humana fidelitate, abnormis aut *justitiae contraria* (cf. *Schmidii* Versuch einer Moralphilos. p. 282. n. 2) est, cum beatitatis genus, quod spiritus quisque potest assequi, universe non ex sola fide, sed ex antecedente potissimum creatoris munificentia (cf. *Schmidii* Moralphilos. p. 282. n. 5) pendeat, per quam suae cuique vires, sua materia, suae opportunitates tributae sunt iisque respondens (§. 63. c) beatitatis forma destinata est, cujus deinde vel amissio vel mensura demum ex cujusque vel infidelitate vel fidei mensura pendet (Comm. in ep. ad Ebr. p. 617. ss). Hoc unum caussae *humanae* proprium est; quod homines per Christum velut *denuo* creati sunt (Eph. II. 10. 15. cf. l. c. p. 626. 419. s.) & honorificum hunc locum civitatis spirituum *postliminio* obtinuerunt. Sed

caussa hominum eatenus quoque sejuncta est ab aliarum mentium caussa, ut illi non sint omnes ab initio statim simul creati, talesque continuo facti, qui *sui juris suaeque potestatis essent*, sed ut alius ex alio nascantur, itaque *nulla sua culpa*, per nascendi sortem, vitium (§. 55) atque detrimentum (§. 56. f.) accipere potuerint. Et tamen vel in singulari hac caussa (Comm. cit. p. 659. ss.), ne *primi hominis* (§. 89 d) *infidelitas*, unde illud detrimentum ad posteros manavit, parvi videretur pendi, aut divina clementia ab aliorum perfidia in securitatis materiam probabilem trahi posset, divina *justitia* cavit, dum per unius hominis infidelitatem ac inobedientiam de statu dejectum genus humanum *non alia nisi morali via* (§. 92), hoc est, per unius hominis (§. 59) fidelitatem ac obedientiam (§. 87), etiam pœenæ tolerantia conspicuam (§. 91), restituit Deus, nosque pœna infidelitatis Adami, ob naturalem cum parente nexum (§. 55) in posteritatem redundante (§. 57. a), illa demum ratione liberavit (§. 89. d), nunc vero, cum *denuo creatum* & in illud fastigium evectum est genus humanum, ut amissa (§. 57. 56) beatitatis, pœna vacuæ, & integritatis atque puritatis spe nobis vitiosis gaudere tamen liceat (§. 60 — 62), *eadem lege* (§. 24), qua cum integris mentibus agitur, etiam cum hominibus agit, & decretam semel *aliena culpa imperfectis* hominibus atque clementer propositam beatitatem *infidelibus* saltem negat utique, ceteris *ad mensuram fidelitatis* tribuit (§. 67. 63). cf. *Rapp* über die moral. Triebfedern, besonders die der christl. Rel. (in *Mauchardi* Repert. für empirische Psychol. T. II. p. 161. ss.).

b) Magno hanc doctrinam momento esse ad pietatem, Comm. in ep. ad Hebr. p. 381. ss. 688. ss. ostenditur.

c) Εργα νομου sunt ea, quae imposuit aut praescripsit (cf. Jo. IV. 34. cum XVII. 4) lex Mosaica *universa*. Neque enim recens Mosaicarum legum distributio in Paullinam disputationem inferenda est. Itaque caerimoniarum Mosaicarum observatio de caussis salutis omnino eximitur (l. c. p. 457. ss.), sed aeque excluditur earum quoque legum Mosaicarum (Rom. II. 17—24) observatio, quarum sententia etiam ante Mosen innotuerat (IV. 2—5. 9. ss. l. c. p 615), quae & in gentes valent (II. 14. s. 26. s.). Uno verbo humanorum εργων *universe* (Tit. III. 5. 2 Tim. I. 9. Eph. II. 9. Rom. IV. 5. 6), eorumque omnium, quae humano merito locum relinquunt (v. 4. 2. III. 27. Eph. II. 8. 9. l. c. p. 559 s.), ubi de *fundamento* salutis quaeritur, nulla ratio habenda est; quia (not. d) fundamentum salutis in Dei gratia ejusdemque, non nostris, factis unice positum est (Rom. X. 5—9). vide l. c. p. 443. ss. 403. s. 673. ss. *Zachariae* l. l. §. 265. p. 595. ss.

d) cf. Rom. XI. 6.

e) v. Comm. in ep. ad Hebr. p. 672. ss.

f) l. c. p. 392. ss.

g) Facile intelligitur, multo magis id ipsum valere in eos, qui carent doctrinae divinitus patefactae adminiculo. Horum tam imperfecta religio haud profecto respondet magnitudini beatitatis, qna tamen, si modo fidi fuerint, at mero Dei & Christi beneficio, non qualiscunque pietatis suae merito, fruentur (§. 71).

§. 74.

Qui Christum *ab aeterno* (1 Petr. I. 20) humani generis servatorem designavit, is vitiositatem ac miseriam, ex qua genus humanum servari ab æterno voluit, sine dubio ante prospexit. Similiter ab æterno providit (§. 22), quomodo quisque destinatis ipsi adminuculis usurus esset, & qui nominatim homines ex lege divinitus statuta (§. 67) salutis paratæ vel compotes futuri vel jacturam facturi essent *a*). Verum providentia Dei non est caussa *b*) perniciei aut infidelitatis, quam utramque Deus prævidet, quia contingit certe, quamvis ipse nollet (§. 67) contingere; neutra evenit, divinæ providentiæ caussa. Neque legem, cujus sententia infidi expertes erunt salutis, propterea Deus constituit, ut salutem amitterent, sed ut hac *c*) lege (§. 67. extr.) obtinerent (§. 66), quumque tamen amittunt, sua culpa, non Dei voluntate *d*), amittunt (§. 67. 74. a), non fiunt miseri, quia Deus decrevisset, ut salutis utique expertes essent, sed quia beatos voluit (§. 66) sub conditione, cui defuerunt ipsi sua propria culpa (§. 67).

a) Quamquam Deus christianam doctrinam a nulla gente prohibuit, sed omnibus sine discrimine com-

munem esse voluit (§. 70), ea tamen certis de caussis, quas videre ac enumerare non est datum nobis (§. 71. c), aliorum hominum scientiam fugit, aliis contra innotuit. Sed (§. 22) illae caussae Deo ab aeterno cognitae fuerunt; Deus ab aeterno providit, qui nominatim homines prae ceteris christianae doctrinae notitiam consecuturi, & evangelium admissuri, qui porro a christianis orituri (§. 99. b) eaque via christianae doctrinae notitiam habituri essent, eosque nominatim ex universitate hominum *legit* ab aeterno in civitatem suam populumve suum (Eph. I. 4. cf. Diss. I. in ep. ad Col. not. 42), eos dudum sive ab aeterno (απ' αρχης 2 Thess. II. 13. cf. über den Zwek der evl. Gesch. Joh. p. 385) *elegit*, qui *per fidem evangelio habendam* (εν πιστει αληθειας v. 13. coll. v. 14) salutem consequi possent, eos etiam (v. 14) ex aeterno illo (v. 13. Eph. I. 4) consilio suo (κατ' ιδιαν προθεσιν v. 11. 2 Tim. I. 9. Rom. VIII. 28) *vocavit* per evangelium, sive (§. 99. a) recepit ecclesia, civitate sua. Neque nullius momenti putanda est illa cogitatio, pro *Dei aeterno consilio* christianos nos esse. Non casu aut forte fortuna, sed consilio Dei factum est (v. 28), ut christiani (κλητοι §. 71. a) simus, h. e. invitatio evangelii ad salutem (2 Thess. II. 14) non forte nobis obtigit, ut locus dubio relinquatur, an nominatim pertineat ad nos, sed obtigit e consilio Dei, eoque non nupero, sed antiquo. Deus ante, quam invitaremur per evangelium, nos nominatim christianos sive de populo ipsius fore vidit (προεγνω Rom. VIII. 29. s. κλητοις v. 28. προεγνω εκλεκτοις 1 Petr. I. 1. 2. cf. Comm. in ep. ad Hebr. p. 606). Sed quos de populo ipsius

fore prævidit, iis deftinavit fimilitudinem cum Filio fuo (Rom. VIII. 29), eos voluit participare beatitatem Filii ipfius (v. 17), iis ergo beatitatem, ad quam (§. 64) invitat evangelium (2 Theff. II. 14), vere ac proprie deftinavit (v. 13). Quos æternum ipfius confilium allegit in civitatem Dei (Eph. I. 4), iis (cf. l. c. p. 606) pleno amoris (cf. *Koppe* in Eph. I. 4. extr.) confilio fuo deftinavit jus Filiorum Dei (v. 5) & (Rom. VIII. 27) coheredum Chrifti ad honorem gratiæ fuæ (Eph. I. 6). De ceteris, quos Deus providit non fore κλητοὺς (§. 71), nihil hoc loco neque ait neque negat apoftolus, fed hoc tantum confirmat, quotquot κλητοὶ fint, eos ex confilio Dei (Rom. VIII. 28), eodemque antiquo & falutari (v. 29), κλητοὺς effe. Jam vero confilia fua perfequitur Deus (Eph. I. 11). Quemadmodum ergo propofitum eatenus tenet, ut pro confilio fuo vocaverit nos (v. 11. Rom. VIII. 30. init.), ita (v. 30) nec deerit ceteris partibus confilii, ipfamque, quam deftinavit nobis (v. 29. 2 Theff. II. 13) & per vocationem obtulit (v. 14), falutem perficere non negliget. Quæ cum decreta & oblata fit fub conditione fidei evangelio tribuendæ (v. 13), Deus ex fua parte nullo loco deeft, quin fides exiftat ficque (Rom. III. 26. 28. 30. V. 1) δικαιωθῆναι poffimus (VIII. 30), quin porro fides confervetur ac perficiatur (1 Petr. I. 5. 2 Theff. II. 16. f.), atque ita decretum (v. 16. 13) & oblatum (v. 14) beneficium falutis re ipfa poffit in nos conferri (Rom. VIII. 30). Ut Deus perfequi poffit confilium fuum benignum (εὐδοκίαν ἀγαθωσύνης), perfequitur etiam inferviens illi ἔργον πίστεως (2 Theff. I. 11. III. 3. Phil. I. 6), etiam

confert ex sua parte ad dignos vocatione nos reddendos (2 Thess. I. 11). Neque periculum est, ne per externas res ipsiusve Dei consilia & instituta superiora integrum ipsi non sit, propositum assequi. Nam Deus, cujus virtute urgetur consilium nos beandi (v. 11. extr. 1 Petr. I. 5. Eph. I. 19. III. 20), omnibus, quae huic consilio adversari possint, rebus longe major est (I. 11. Rom. VIII. 31. 35. ss. Jo. X. 28. f.), & consilium nos beandi haud profecto recens aut ullo alio posterius est (Eph. I. 4. 2 Tim. I. 9. 2 Thess. II. 13. Rom. VIII, 29). Ergo omnia ab aeterno sic constituta, gubernata atque permissa sunt, ut nihil obesse queat, ut omina, etiam adversa (v. 17. ss. 35. f.), citius inservire debeant destinatae nobis (v. 29) beatitati (αγαθω v. 28. δοξη v. 30. 2 Thess. II. 13. f. 16). Unum est, quod per ipsam consilii naturam (v. 13) obstare possit, si nos, Deo ex sua parte nihil reliqui faciente, ipsi nobis desimus, & repugnantes (§. 116) αγιασμω divini spiritus (v. 13. coll. 1 Petr. I. 2), non admittentes πιστιν αληθειας (2 Thess. II. 13) & (v. 15) την υπακοην (1 Petr. I. 2), divinam invitationem ad salutem ex nostra parte non ratam habeamus (Act. XIII. 46. cf. 2 Petr. I. 10. Comm. in ep. ad Hebr. p. 379. f.), si infideles nos praebeamus (§. 67. 72) erga tanta Dei beneficia, si κλητοι quidem simus ex Dei consilio, sed recusemus (Rom. VIII. 4. 12. 13) amantes ejus (Rom. VIII. 28) esse aut manere in ejus amore, qui tam benevolo consilio (v. 29) ad gloriosam salutem nos vocat (v. 30). Ceterum scripturae ad eam cogitationem deducere non solent (cf. *Weismanni* Schediasm. Acad. p. 521. ss.), ut curiose exputemus (Luc.

XIII. 23), an habendi simus in numero horum proprie κλητων, quorum fidem providerit Deus constantem fore *ad finem vitae*. Quamquam enim ii demum christianae disciplinae alumni oblata salute revera perfruentur, qui sub finem hujus vitae (§. 67) tales deprehenduntur, quales evangelium designat ad salutem, neque profecto dubium est (§. 22), quin Deo nominatim quisque ab aeterno cognitus fuerit: nostra tamen, dum exitus ostendat, quales nos divina scientia prospexerit, maxime interest, & ad ipsam exitus prosperitatem interest, persuasissimum nobis esse cum de verissimo & efficacissimo Dei consilio, oblatam salutem *omnibus* vocatis exhibendi, tum de necessitate contentionis (v. 24. 1 Tim. VI. 12. 17—19. cf. 2 Petr. I. 5—11), etiam tum, cum esse coepimus in numero *meliorum* κλητων (εκλεκτων hoc sensu Matth. XXII. 14. coll. v. 10. cf. Rom. XI. 7. & *Weismanni* Inst. Theol. exeg. dogm. p. 676), imo cum inter ipsos bonos ac vere fideles *praestare* (εκλεκτοι hoc sensu Matth. XX. 16. esse), & magnos progressus habere videmur, sine intermissione (Phil. III. 12—14) adhibendae, ut veram & efficacem (cf. 2 Petr. I. 3. f.) ex Dei parte vocationem ex nostra etiam parte ratam faciamus (v. 10). Sin secus persuasum habeamus, vel desperatione salutis (cf. *Noesselt* über den Werth der Moral, der Tugend und der späten Besserung p. 223. ss.) vel ignavia aut securitate fiet, ut non accedamus ad eam conditionem, unde salutis decretae atque oblatae impetratio pendet (§. 73. a). Si nos ad latam a servatore Deo conditionem accedimus, eique pergimus parere, tum Deus prospexit, fore, ut perstemus in fide & pro-

missa salute potiamur; non quia Deus providit, quid futurum esset, propterea nos vel adducimur ad conditionem a servatore propositam vel repudiamus eam.

b) Locis, qui Deum nominare videntur caussam mali, consentiente usu loquendi (Obss. gr. p. 25. ss.), aliam sententiam licet subjicere. De loco Rom. IX. 15. ss. vide Diss. II. in ep. ad Col. not. 165.

c) Justam eam esse, supra (§. 67) ex §. 24. ostendimus.

d) cf. Crusii Plan des Reiches Gottes p. 39. Quamobrem cupidus nostri Deus permittat tamen humanam infidelitatem, alio loco (§. 39. b) exponitur.

LIBER

LIBER QUARTUS
DE JESU CHRISTO SERVATORE GENERIS HUMANI.

PARS PRIOR
DE SERVATORIS PERSONA ET VARIA CONDITIONE.

§. 75.

Is, per quem Deus *a*) nos servare constituit (§. 65), uno verbo, Servator noster *b*), re vera *homo* est (Jo. V. 27. c VIII. 40. 1 Tim. II. 5. Rom. V. 15. 19. 1 Cor. XV. 21. f, §. 59), natus e muliere (Luc. I. 31. II. 5. ss. Gal. IV. 4), & hactenus etiam prognatus (Rom. I. 3. IX. 5. Act. XIII. 23. II. 30 Luc. I. 32. Gal. III. 16. cf. Matth. I. 1. *d*) ex Mariae (Luc. III. 31. 34. *e*) majoribus, sed, ut vitiositatis expers esset, non *f*) ex humano patre ortus, (§. 55), sed divina omnipotentia in matre procreatus (Luc. I. 34 – 37. cf. Matth. I. 17. 18. 20. *g*), ideoque (Luc. I. 35) filius Dei, non humani patris.

a) Quia *Deus* creavit hominem Jesum (cf. Ebr. II. 10. 11. a). & *Mori* Epit. Theol. christ. P. II.

c. II. Sect. I. §. 3. n. 2), & cum divinitate conjunxit singulari modo (§. 76. b), quia *Deus* misit Filium suum & Christus omnia peregit & peragit *e consilio Dei* (Rom. VIII. 3. V. 5—8. 1 Jo. IV. 9—11. Jo. III. 16. f. IV. 34. VI. 38—40. VIII. 29. X. 17. f. XIV. 31. Ef. LIII. 10. cf. Ebr. II. 9. f.), quia Jesus est auctor salutis (σωτηριον, cf. not. b) *divinitus datus* (Luc. II. 30. cf. Ps. CXIX. 123. 166. 174); propterea ad Deum omnia tandem referuntur (2 Cor. V. 18. f. 21. Eph. I. 3. ss. II. 4—10. cf. Ebr. III. 4. r), & Deus etiam ipse *Servator noster* dicitur (1 Tim. II. 3. IV. 10. Tit. I. 3. II. 10. f. III. 4).

b) Idem (nempe σωτηρα 2 Tim. I. 10. Tit. I. 4. II. 13. III. 6. 1 Jo. IV. 14. cf. 2 Petr. I. 1. 11. III. 18. qui Luc. II. 30. metonymice (Obff. gr. p. 15) σωτηριον (*salus* pro *salutis auctore*) appellatur,) nomen ipsum dicit, quod *Jesu* divinitus inditam est (Luc. I. 31. II. 21. coll. v. 11. cf. Matth. I. 21).

c) v. supra §. 65. d).

d) cf. Diff. I. in LL. N. T. histor. not. 1. & Diff. II. ad Matth. III. 1. (de αυθεντια capitis hujus).

e) v. über den Zwek der evl. Gesch. Joh. p. 237. f.

f) l. c. p. 236. 237. 193. f. Diff. I. in LL. N. T. histor. p. 3. ss. cf. Allgem. Literat. Zeit. 1792. N. 143. p. 461—463. *Senff* Versuch über die Herablassung Gottes in der christlichen Religion zu der Schwachheit des Menschen pag. 52. ss. *Oertelii* Antijosephismus p. 30 ss. (ubi confutatur recocta a *Walthero* quodam opinio Ebionitarum de naturali ortu Jesu ex *Josepho* & Maria).

g) v. Diff. I. in LL. N. T. histor. aliquot locis ad Matth. I. 17. Diff. II. ad Matth. III. 1.

§. 76.

Alia caussa, quamobrem hic homo dicatur Filius Dei, ea est (Jo. I. 14. Col. I. 13. 15. coll. v. 16. f. cf. Ebr. I. 2. 3. *a*), quod Pater in eo inesse voluit *divinam perfectionem suam* (Col. I. 19. Jo. V. 26. *b*), dum *carissimus Patri* (I. 18. 2. §. 44. a). b), eidemque conjunctus ita (§. 44. e), ut ipse sit Deus (v. 1), creator & stator universi (v. 3. Col. I. 16. f. cf. Ebr. I. 2. 3. §. 42), cum homine Jesu se conjungere voluit (Jo. I. 14), quemadmodum Deus cum nullo homine & nulla utique re creata conjunctus est. Unde *c*) etiam Jesus vocatur *unicus d*) Dei Filius (III. 16. 18. 1 Jo. IV. 9. Rom. VIII. 32), expressa Dei effigies (Jo. XIV. 7—11. VIII. 19. XII. 45. Col. I. 15. 2 Cor. IV. 4. cf. Ebr. I. 3. *e*), cujus nemo par est conjunctione cum Deo.

a) Diss. I. in ep. ad Col. p. 10. Comm. in ep. ad Hebr. p. 4. f.

b) Diss. cit. p. 14. Comm. cit. p. 8. f.

c) Homo (σαρξ), qui versatus fuerat cum apostolis, & de invisibili Deo coram exposuerat, μονογενης παρα πατρος, ο μονογενης υιος est, quia (Jo. I. 14) λογος ΘΕΟΣ (v. 1) evaserat homo; quia (v. 18) is, qui *fuerat apud Patrem* (εις τον κολπον του πατρος) & (v. 1. 1 Jo. I. 2) *Deus* erat, voluerat, homo factus, de Deo oretenus exponere.

d) Eatenus (cf. §. 75) Adamum quoque licebat numerare Dei filium (cf. Luc. III. 38), quoad non humano patre natus, sed a Deo vitiositatis expers creatus fuerat (§. 53).

e) Diss. cit. not. 23. Comm. cit. p. 4.

§. 77.

Hæc conjunctio cum Deo non *a*), ut in aliis mentibus (§. 76. extr.), v. c. prophetis (Joh. I. 17. f. III. 31. ss. cf. Ebr. I.), circumscripta & temporaria (Jo. V. 26. *b*), sed talis ac tanta est, ut ο λογος θεος (I. 1) fit *homo factus* (v. 14), itaque, qui Deus est (cf. Ebr. I. 8. §. 42), *idem* homo fit (cf. v. 9. §. 84), &, qui homo est, *idem* sit Deus (cf. Rom. IX. 5. §. 42. r), ut is, qui est Η ΖΩΗ Η ΑΙΩΝΙΟΣ (Deus, cf. 1 Jo. V. 20), qui *fuerat apud Patrem* (sive qui *Deus* est, cf. Jo. I. 1. & §. 76. c), *in adspectum hominum ut homo* 1 Jo. I. 1) *venisse* (φανερωθηναι τοις ανθρωποις) dicatur (v. 2. *c*), ac vicissim *d*) ei, qui *ut homo inter homines vivebat*, liceret prædicare (Jo. III. 13. VI. 62. *e*), se eundem *f*) *venisse de coelo* & *in coelo antea fuisse*.

a) Id ipsum defendere, Joanni in evangelio & epistolis scribendis propositum erat, v. über den Zwek der evl. Gesch. Joh. p. 181. f. 191. ss. 45. ss. 492. 484.

b) l. c. p. 192. f.

c) Simili ratione is, qui tanquam Deus (cf. Act. VII. 2) erat ο κυριος της δοξης, *cruci affixus esse* dici poterat (1 Cor. II. 8), quia *idem ut homo* inter homines versabatur. Sed nolumus urgere hunc locum, quod nomen τε κυρια της δοξης ad excelsam, qua homo Jesus nunc utitur (§. 78), conditionem referri, idemque, qui *nunc sit dominus gloriosissimus*, quem Deus tanto honore affecerit, olim contra (Act. III. 13. II. 36) ab hominibus supplicio crucis affectus fuisse dici posset. cf. 2 Cor. XIII. 4.

d) cf. quoque Commentat. loci 1 Tim. III. 16 not. s) p. 12.

e) v. über den Zwek Joh. p. 191. f. 194.

f) add. 1 Cor. XV. 47. ο δευτερος ΑΝΘΡΩΠΟΣ est ο κυριος ΕΞ ΟΥΡΑΝΟΥ. Qui (ut homo Joh. VIII. 40. 57. I. 14. f. 29) cum Abrahamo tum Joanne baptista recentior erat, *idem* (ex alia parte) cum Abrahamo tum Joanne antiquior prædicatur VIII. 58. I. 15. 30. (§. 42. b). cf. *Ernesti* Instit. Int. N. T. P. I. S. II. C. IV. §. 9.

§. 78.

Quanta ex hac conjunctione ad hominem Jesum perfectio & dignitas redundet (Jo. VI. 63. Col. II. 9. *a*), omnium luculentissime e *conditione* excelsa intelligitur *b*), in qua Jesus nunc versatur. Neque enim hic homo *c*) in tantum fastigium evehi (Phil. II. 9. Act. II. 33. V. 31. cf. Ebr. VII. 26. y) potuisset, ut

rebus omnibus praeficeretur dominus (Eph. I. 21. f. Phil. II. 9. 11. 1 Cor. XV. 27. 28. cf. Ebr. I. 2. *d*) cum imperio divino (Eph. I. 20. *e*) & majestate divina (Phil. II. 10. *f*), non potuisset huic homini potestas de universo tradi (Matth. XXVIII. 18. *g*), nisi *h*) cum auctore & domino universi conjunctus (§. 76) ita esset, ut λογῳ Θεῳ immensa perfectione in administrando universo tanquam sua uti possit.

a) v. über den Zwek Joh. p. 194. f. Diss. I. in ep. ad Col. not. 75.

b) Hic apparuit tota vis (§. 76) nominis *filii Dei*, hic Jesus evaserat filius Dei *cum imperio* (υιος Θεου ΕΝ ΔΥΝΑΜΕΙ Rom. I. 4), Patris *etiam majestate ac imperio* simillimus Filius (Act. XIII. 32. f. cf. Ebr. I. 4. f.), perfectissima Patris imago. v. Comm. in ep. ad Hebr. p. 9. ss. Eandem notionem *similitudinis cum Deo*, quae cernatur *imperio*, etiam in nomine *Christi* inesse, vel eo loco (Ps. II. 7. coll. v. 6) patet, e quo (v. 2) nominis origo est. Tum, cum Jesus factus est *dominus*, plena vis nominis *Christi* exhibita est (Act. II. 36), tum, cum *dexter Deo sederet* (not. e), luculenter apparuit, eum esse *Christum*, filium Dei (Matth. XXVI. 63. f.). Jesum vero non dominum modo, sed *Christum* quoque (Act. II. 36) esse, seu *illum ipsum* (Luc. II. 11) dominum, *quem Deus* cum universe *per Mosen* (Joh. V. 46. f. Luc. XXIV. 27. 44. Rom. III. 21. Act. XXVI. 22. f. cf. Commentat. de protevangel. p. 18. ss. Comm. in

ep. ad Hebr. p. 201. ss.), tum inde a Davidis tempore (Act. II. 30. XIII. 23. Luc. I. 32. cf. Ebr. I. 5) nominatim ut dominum seu regem *per prophetas promisisset*; qui etiam ut promissus a prophetis (Jo. VII. 42. I. 46. Luc. II. 38. cf. Diss. de notione regni cœlestis not. a) expectari soleret (Matth. XI. 3—5), tam sancte & serio (XXVI. 63. f. XVI. 16. f. Luc. XXIV. 25. f. Jo. XVII. 3. XX. 31. 1 Jo. II. 22. 1 Cor. XV. 1—4) tum Jesus ipse (Luc. XXIV. 27. 44—47. XVIII. 31. XXII. 37. Matth. XXVI. 54. Marc. IX. 12), tum, ipso auctore (Luc. XXIV. 45), apostoli quoque (Act. III. 18. 1 Petr. I. 11. cf. Act. XIII. 23. 32) confirmarunt, ut sine gravi in Dominum ipsum injuria negari non possit (cf. *Christ. Wolff* in *Schlegelii* Kirchengeschichte des XVIII. Jahrhund. T. II. p. XXXVIII. XLI), in libris V. F. extare prædicta & variam præsignificationem de Jesu. v. die Bibel ein Werk der göttl. Weisheit von *Koeppen* P. I. p. 235. ss. *Herderi* Briefe das Studium der Theol. betr. Ep. 18. 21. maxime p. 303. ss. 349—352. P. H. *Michaelis* Dogm. §. 122—128. *Klukeri* Tract. de nexu, qualis constet inter utrumque divinæ constitutionis fœdus, prophetico p. 80. ss. D. *van de Wijnperße* over de Godheit van Christus §. XIV. inprimis p 126. ss.

c) Non poterat Christus, *qua* λογος ΘΕΟΣ *est*, *provehi* in *majus* fastigium dignitatis, non poterat demum *praefici* universo & *collocari* (Eph. I. 20) dexter Deo, non potest *traditam* habere potestatem, uno verbo, non poterat *fieri* (Act. II. 36. cf. Ebr. I. 4. 1) dominus voluntate & auctoritate Dei Verum Dei auctoritas hoc ipso agnoscitur & obse

quio colitur (Phil. II. 11), si pro Domino colatur *homo*, quem Deus esse *voluit* (v. 9. Eph. I. 20. ss. 1 Cor. XV. 27. f.) dominum. cf. Comm. in ep. ad Hebr. p. 9. ss. Diss. de notione regni coelestis not 71. über den Zwek Joh. p. 458. 507. ss.

d) Etiam (cf. Ebr. I. 2. cum v. 4 ss.) a Petro Jesus appellatur *omnium* dominus (Act. X. 36), nec *hominum* duntaxat omnium, sed ejus universitatis, qua vel angeli, & summi quique, continentur (1 Petr. III. 22). cf. §. 96.

e) *Dextrum Deo sedere* (Matth. XXII. 42—44 Col. III. 1) idem valet, ac in *throno* (cf. Apoc. III. 21. Ebr. XII. 2. VIII. 1) Dei, cujus summa *majestas* est (Matth. XXVI. 64. cf. Ebr. I. 3), sedere ad dextram, *regnare* (1 Cor. XV. 25. cf. Ebr. I. 13) *cum Deo*, *praeesse* (Act. II. 34. f. coll. v. 36. 1 Petr. III. 22. Eph. I. 20. coll. v. 21. f.) & *agere* (cf. Marc. XVI. 19 cum v. 20), *quemadmodum Deus* praeest & agit. cf. Ebr. I. 3. k).

f) Divino hoc (cf. Rom. XI. 4. XIV. 11) cultu prosequi Jesum nefas esset, si *merus* homo neque cum Deo adorando unice conjunctus esset. v. über den Zwek Joh. p. 506. ss.

g) Verbis: *coelum & terra* non collectam ex Judaeis ethnicisque ecclesiam, quae vis omnino non subjecta est huic formulae (§. 42. b), sed pro usu loquendi recepto (§. 31) *universum* significari, tum aliae formulae docent, quae manifesto non duo ista hominum genera, sed *universum* dicunt (Phil. II. 10. coll. Apoc. V. 13. Ps. CXXXV. 6), & sic quidem dicunt, ut *angelos* quoque comprehendant (not. d.

omninoque omnia, quibus Deus imperat (not. e), *solo Deo* excepto (1 Cor. XV. 27), tum ex eo intelligitur, quod *ecclesia* seorsum ac nominatim commemoratur ut *pars* (Eph. I. 22. extr.) *universi*, cui Jesus praefectus fuerit (v. 20—22). cf. Diss. I. in ep. ad Col. not. 29.

h) v. Jo. XVII. 24. *ori* (cf. über den Zwek Joh. p. 427. f.). add. Col. I. 15. coll. v. 16. v. 18. coll. v. 19. Rom. I. 4. cf. Ebr. I. 3. f).

§. 79.

Caussa, quare Jesus hunc dignitatis splendorem (§. 78) non in ipso statim principio conjunctionis (§ 76) cum λογῳ θειῳ fuerit consecutus, in negotio, quod his in terris peragere debebat (P. II. c. I), similiter inest (§. 80), ut caussa, quamobrem excelsioris naturae perfectione plenius nunc utatur, in excelso munere sita est, quo nunc fungi debet e consilio Dei (P. II. c. II), fungi autem non posset sine plenissimo usu divinae perfectionis (§. 78). Ceterum, nisi consilia divina obstitissent, per conjunctionem hominis Jesu cum excelsiore natura divinitatis splendor etiam citius elucere in homine Jesu potuisset (Phil. II. 6. cf. §. 81. a), &, quoad consilia Dei non obstitere, re vera etiam hic in terris emicuit (§. 82).

§. 80.

Cum nostra commoda flagitassent (P. II. c. I.), ut Jesus in his terris versaretur ceterorum hominum, excepta vitiositate (§. 75), simillimus (Rom. VIII. 3. cf. Ebr. IV. 15), ut humanis miseriis conflictaretur, imo etiam mortem, eandemque atrocissimam, obiret (Matth. XX. 28. Luc. XXIV. 25. f. 46. f. 1 Petr. I. 10. f. cf. Ebr. II. 14—18): *talem* (Phil. II. 7. f.) Deus esse voluit Filium suum (Rom. VIII. 3. 1 Jo. IV. 10. Jo. III. 16. *a*) Gal. IV. 4. 5. *b*), hoc est, natura excelsior hominem Jesum, quamvis ei conjunctissimum Deique Filium (§. 76), non affecit sic, quemadmodum afficere poterat (Phil. II. 6. §. 79), & postmodum re vera affecit (§. 78), neque contulit divinam suam vim ad humanam Jesu intelligentiam (Luc. II. 40. 52. cf. Marc. XIII. 32) eo modo perficiendam atque juvandam, qui ætatem teneram, qua reliquis hominibus similis esse debebat Jesus, aut universe locum eum, quo Deus in his terris Jesum esse volebat, non convenisset; non attulit universæ conditioni Jesu talem splendorem, qui non convenisset in homine ejus conditionis, qua Jesus e divino consilio ad tempus (cf. Ebr. II. 9) esse debebat; non effecit in suo (§. 77) ho-

mine, Jesu, & per Jesum, quae nunc efficit & porro effectura est.

a) v. Comm. in ep. ad Hebr. p. 429.

b) Progr. de consensu epp. Paulli ad Hebr. & Gal. p. 22.

§. 81.

Vicissim homo Jesus ea obedientia erga Deum (Rom. V. 19. Jo. VI 37. s. Phil. II. 8. Jo. XIV. 31. XVIII. 11. X. 17. Matth. XXVI. 39. 42. cf. Ebr. V. 8. X. 7—9) eaque hominum caritate (Phil. II. 4. s. 2 Cor. VIII. 9. Matth IX. 11—13. Luc. IX. 54—56. Matth. XX. 26—28. Jo. X. 11—15. XV. 13. 1 Jo. III. 16) ductus fuit, ut animo libenti serviret consilio Dei, hominibus salutari, ex eoque magnitudinis & splendoris, qui a conjunctione cum divina natura expectandus ipsi posthac erat (§. 78), & tum jam *potuisset a*) certe in ipsum proficisci, nullo praecipite desiderio teneretur (Phil. II. 6), sed tenuis esse praeoptaret (εκενωσεν εαυτον *b*), non dominum, sed ministrum se gerens (v. 7. *c*), imo infra alios homines, quamvis tenues, se demitteret, gravissimas (Luc. XII. 50. Joh. XII. 27. XIII. 18. 21. Matth. XXVI. 37—44. Luc. XXII. 43. s. cf. Ebr. V. 7. 8) aerumnas & probrosam mor-

tem suscipiens (§. 88. c) sua sponte & voluntate (Phil. II. 8. Jo. X. 18. *d*).

a) Ut Phil. II. *caritati* v. 4. f. *non* (v. 6. b) *necessitati*, tribuitur, quod divina majestate non splenduerit Jesus; ita etiam 2 Cor. VIII. 9. *benevolentiae* (χαριτι), nostram rem (ινα πλουτησωμεν, cf. VI. 10. Jac. I. 5. Luc. XII. 33—35. XVIII. 22) spectanti, assignatur inopia ejus, qui *poterat esse* (ων, cf. Phil. II. 6. b) omnium rerum abundans (πλουσιος). cf. D. *van de Wijnpersse* l. c. p. 147. f.

b) v. Diss. in epp. Paulli min. aliquot loca p. 26. f.

c) Qui *adulta* aetate ministri partibus ipsi assignatis libenter (Matth. III. 15. IV. 5—10. Jo. IV. 34) & perfecte acquievit, is sua hac obedientia atque modestia satis declaravit (Phil. II. 7. f), non invitum se vulgari humana conditione uti, qua *nasci* ipsum Deus voluerat (v. 7. extr. Rom. VIII. 3), ipsum *velle* tenuiorem esse (εκενωσε ΕΑΥΤΟΝ Phil. II. 7. cf. Diss. in epp. Paulli min. aliquot loca not. 91).

d) v. Diss. cit. & Comm. in ep. ad Hebr. p. 596.

§. 82.

Ceterum dignitas illa, quam conjunctio cum λογω θεω (§. 76. f.) homini Jesu conciliavit (§. 78. a) vel tum, cum tenuiore conditione esset, eo certe valuit, ut *talis tantique*, h. e. Deo unice conjuncti, hominis obedientia (§. 87) & perpessio (§. 91. k) vim plane singularem haberet *a*). Et ab ipsa statim pueri-

tia Jesus, cum primum aetate paullo adultiore fuit, naturae suae excelsioris, eoque ipso (§. 44. e) Patris, singulari impulsu, cui religiose obtemperavit, gavisus est (Luc. II. 49. *b*). Nec incredibile fuerit, mirificos progressus, quos puer Jesus fecit (v. 40. 47), adjutos fuisse conjunctissimae cum humana excelsioris naturae beneficio, sed accommodato ad consilium, e quo Jesus similiter ceteris hominibus (Phil. II. 7. f. cf. Ebr. II. 17) aetate animique vi *sensim* progredi debebat (Luc. II. 52). Cum in eo esset, ut susciperet negotium docendi, excelsior natura, eique conjunctissimus (Joh. XVI. 14. f. XV. 26. Rom. VIII. 9. f. Gal. IV. 6. §. 45) Spiritus divinus, hominem Jesum affecit (Act. X. 38. Jo. III. 34. coll. V. 32. f. cf. Luc. IV. 1. 14) eo modo, quem flagitavit munus susceptum, & nominatim ea, quibus ad fungendum negotio docendi opus erat, in Jesu & per Jesum effecit. Quicquid igitur docuit homo Jesus, id omne (§. 6) non suo arbitratu (Joh. V. 30. VIII. 28. XII. 49. XIV. 10), sed ideo & sic utique proposuit, quia & quemadmodum natura excelsior *c*), &, qui λόγῳ θεῷ conjunctissimus est (v. 7—11. XVI. 13—15. §. 44. 45), Pater atque Spiritus Sanctus ei suppeditaverat ac veluti prae-

junctus (Jo. III. 31. f. cf. Ebr. XII. 25. f.), ne multa (§. 76), *Filius Dei* (Matth. XXI. 37. Jo. III. 35. f. cf. Ebr. I. 2. III. 6. X. 29. & Comm. in ep. ad Hebr. pag. 685).

d) Hinc *ipse Christus* miraculorum caussa prædicatur (Jo. XI. 25. coll. v. 23. V. 17. 19—21. 26. cf. über den Zwek Joh. p. 196. f. 192. f., & per ea *suam ipsius* magnitudinem declarasse legitur (II. 11. coll. I. 14) v. *Koeppen* l. l. p. 153. f.

§. 83.

Postquam divino consilio destinatam (§. 80. f.) mortem pertulerat Jesus, natura excelsior (Jo. II. 19 — 22. X. 18. §. 42. f), cujus omnipotentia eadem (v. 28 — 30. V. 19 — 21. 26) Patris est (Rom. VI. 4. VIII. 11. Eph. I. 17. 19. f.) interfecto atque sepulto (1 Cor. XV. 3. f.) corpori *) vitam restituit (§. 8. f.) Quo facto, vivus Jesus, afflictas suorum mentes recreaturus (Joh. XIV. 19. XVI. 20 — 22. XX. 15 — 17. 20. Luc. XXIV. 32. 52) iisque præsertim, qui gravissimum *a*) eventum testari & aliis persuadere debebant (Act. X. 40. f. II. 32. III. 15. Luc. XXIV. 46—48. 1 Cor. XV. 11. 1 Tim. III. 16. §. 8. f), vitæ suæ fidem facturus, diversis & compluribus per XL. dies vicibus *b*) præsentem se suis exhibuit (Act. I. 3), tandemque inter colloquendum *c*) ad-

spectabili modo in sublime evectus & ex hominum conspectu sublatus fuit (v. 9), jamque *d*) habitat in oculis coeli, h.e. sejunctæ ab hac terra & pravis inaccessæ regionis (v. 11. III. 21. 1 Petr. III. 22. Phil. III. 20. 1 Thess. I. 10. IV. 16. f. Col. III. 1—3. Eph. IV. 7. 9. f. Joh. XVI. 28. VI. 62. VII. 33. f. VIII. 21. 23. XIV. 2. 3. XII. 26. cf. Ebr. IX. 24. IV. 14), in sempiternum tempus (Rom. VI. 9. f. Luc. I. 33. cf. Ebr. VII. 3. 15—17. 23—25. Apoc. I. 17. f. XI. 15. *e*) perfruens beatitate luculenta (Jo. XIV. 28 *f*) XVII. 5. 24. 1 Tim. III. 16. *g*) Rom. VIII. 29. 17. cf. §. 64) ac majestate tanta, ut summæ universi divinitus præsit (§. 78).

*) E sepulcro prodiit corpus Jesu tale (Luc. XXIV. 39. 40. Joh. XX. 20. 27. & Luc. XXIV. 41—43. Act. X. 41. coll. 1 Cor. VI. 13 cf. *Michaelis* ad Joh. XX. 17. 19. p. 215. f. Erkl. der Auferst. gesch. Christi p. 265. f.), quale conditum fuerat. Neque enim computruerat (Act. II. 24—31. XIII. 35—37), & mutatione **) corporis (Phil. III. 21. 1 Cor. XV. 49) per conjunctam homini Jesu cœlestem naturam (v. 45. 47. f.) tum demum opus erat (v. 50), cum Jesus adiret cœlum. Utraque igitur conditione tum morientium, tum vero ceterorum, qui subito mutabuntur (§. 61), usus est Jesus, priore in sepulcro, altera cum eveheretur sub-

to in beatas fedes. Ceterum & mirabiles effectus, quos in redivivo Jefu corpore *his in terris obfervare* licuit (Luc. XXIV. 31. cf. Marc. XVI. 12.), & commoratio reverfi in vitam corporis in mundo invifibili ante affumtionem in coelum (not. b) oftendere videntur, το πληρωμα της θεοτητος, quod in Jefu fuerat (Col. II. 9), redux e fepulcro *corpus* etiam ante afcenfum in cœlum *mirifice affeciffe*, rebusque, quibus fua natura impar fuerat, aptum effeciffe, quod & *ante mortem* nonnunquam eveniffe fcimus (Matth. XIV. 25. f. XVII. 2). Quanquam illa affectio ante afcenfum non fuit nifi *temporaria*, quod initio hujus annotationis indicatæ proprietates corporis nondum δεδοξασμενου oftendunt. Altior natura effectibus corpori nondum δεδοξασμενω *per fe* non convenientibus aptum id certo tempore effecit per *miraculum* in eo editum, quale Jefus etiam in Petri corpore quondam ediderat (XIV. 29—31).

**) Eam a Paullo fumi, etiam *Gablerus* agnofcit (Neueftes theol. Journal T. X. p. 413).

a) Quam probrofus vitæ Jefu finis contra divinam ejus miffionem quamvis magna miraculorum vi confirmatam, (Jo. XV. 24. Matth. XXVII. 42) attulerat dubitationem (v. 39—43. Luc. XXIV. 20. f.), eam infigne miraculum (Joh. II. 18—22. Matth. XII. 38—40. XVI. 4), cui patrando mors ipfa locum aperuit, eumque tanto illuftriorem, quanto majorem attentionem tanti viri tam ignominiofa mors undique in fe converterat (Matth. XXVII. 62 fs. Marc. XV. 39. fs.), ita fuftulit, ut honori Jefu confultum effet, (Act. III. 13—15. 1 Petr. I. 21), ipfiusque dicta de fingulari neceffitudine, quæ intercedat

ipsi cum Deo, non vana & impia, sed Deo, qui resuscitaverit ipsum, probata (Jo. XIV. 19. s. Act. XVII. 31. II. 24. 1 Tim. III. 16.), & doctrinam universam, cujus auctoritas ex illius cum Deo conjunctionis veritate pendet (§. 6), firmissimam esse, novo & luculentissimo documento pateret. Nominatim ea pars doctrinæ Jesu, quæ nobis facit spem beatitatis ac resurrectionis, firmata est Christi reditu in vitam (1 Petr. I. 3. 1 Thess. IV. 14. 1 Cor. VI. 14. 2 Cor. IV. 14. Rom. VIII. 11), qui non modo exemplum est (1 Cor. XV. 12. 13. 15. s. cf. Notit. hist. epp. ad Cor. interpr. servientes p. 79) alius vitæ a morte corporis indubitata (Jo. X X. 33. s.), sed cum nostra etiam beata post mortem vita cohæret (1 Cor. XV. 20 - 23. Act. V. 30. s. cf. Ebr. V. 9), tum propterea, quod Christus suam suorumque vitam sempiternam prædicendo conjunxit (Joh VI. 57. s. 54. X. 17. s. 10. 28. XI. 25 s. XII. 26. 32 XIV. 2. s. XVII. 22. 24), ut sperare liceat, fore, ut reliquæ prædictionis parti exitus pariter respondeat, atque pars altera eventu resurrectionis & beatitatis (not. d) Christi fuit comprobata, tum vero hac etiam de caussa (1 Cor. XV. 17. Rom. IV. 25 1 Petr. I. 21), quod beatitas nostra ex obedientia Christi nectitur (§. 87), hanc vero obedientiam a Jesu revera præstitam Deoque probatam fuisse, ex honore intelligitur, quem Deus habuit Jesu, cum ejus spei atque prædictioni de suo in vitam reditu (Jo. X. 17. Luc. XXIV. 44. Matth. XXVII. 63. 40. XXVIII 6) plane respondisset eventus. v. Progr. A. 1788. in Tim. III. 16. p. 10 ss. Comm. in ep. ad Hebr. p. 422. ss. 88. s.

b) Intra hos XL dies, quibus discipulos *subinde* convenit, Jesum & in mundo invisibili versatum atque occupatum fuisse, uno saltem hujus generis exemplo confirmatur (1 Petr. III. 19. f. IV. 6. l. c. p. 524. ss.). Num & descenderit in sedes *damnatorum*, quibus certe defunctos, a Petro commemoratos, nequaquam adnumeramus, haud liquido constat. Nusquam enim diserte legitur abiisse. v. *Mori* Epit. theol. christ. p. 189. 190. Diss. in epp. Paulli min. aliquot loca p. 21. cf. *Dresde* Progr. Pentec. 1801. "Inquiritur in veram mentem loci 1 Petr. III. 18—20. ad intelligendum, ubi Christus post suam e mortuis resurrectionem ad sui usque in cœlum receptionem degerit."

c) Etiam redux in vitam factus, dum sublimis abiret, varie suos edocuit Act. I. 3. Luc. XXIV. 45. coll. v. 27. (cf Comm. in ep. ad Hebr. p. 525.) ante, quam adiret cœlum & (1 Petr. III. 22. cf. Marc. XVI. 19) imperium divinum.

d) Hoc ita esse, ipso abitus Christi tempore cœlestes nuntii confirmarunt (Act. I. 10. f.), & soli etiam prædicto Domini (Jo. VI. 62. XVI. 28. XX. 17. Matth. XXVI. 64) ob auctoritatis ejus insigne firmamentum, quod per reditum ipsius in vitam accessit (not. a), confidenter credere licuisset. Sed *supersunt* etiam alia, quæ, quia *promissio* (Jo. XVI 7. XV. 26. XIV. 12), in ipso discessu repetita (Act. I. 4. f. 8. 9), cum *reditu Christi ad Patrem* copulata ex eoque suspensa fuerat, de reditu Christi ad Patrem & capessito imperio ut re *similiter in facto posita* (Joh. VI. 62) certiores nos faciunt (Act. II. 33—36. Matth. XVI. 28. cf. Diss. de notione regni cœlestis

§. III. Annott. theol. ad philosoph. *Kantii* de relig. doctrin. not. 271. v. etiam *Griesbachii* Syllogen locorum N. T. ad ascensum Christi in coelum spectantium. (Progr. Pentecost. Jen. 1793).

e) Diss. de notione regni coelestis. §. V. cf. supra §. 63. f.

f) v. über den Zwek Joh. p. 460.

g) v. Progr. in 1 Tim. III. 16. p. 5. f.

LIBRI QUARTI

PARS ALTERA

DE SERVATORIS MUNERE.

CAPUT PRIMUM

DE NEGOTIO, QUOD SERVATOR HIS IN TERRIS PEREGIT.

§. 84.

Hominis Jesu commune cum aliis hominibus & universe cum mentibus creatis officium est *a*) obedire auctori (§. 75. a) &, domino (1 Cor. III. 23. XI. 3. coll. Eph. V. 23. f. & 1 Cor. XV. 28. *b*), ne multa, Deo suo (Jo. XX. 17. Matth. XXVII. 46. Eph. I. 17. cf. Apoc. III. 12. Ebr. I. 9. II. 13. c). Caussam vero, quare obedientiam exercere aliquamdiu in eo rerum genere deberet, in quo mentem puram (§. 75), nedum (cf. V. 8) conjunctissi-

mam Deo, seu (§. 76) filium Dei unicum, exerceri mirum erat, *duplex* (cf. III. 1. *c*) illud *negotium* continet (§. 85. ss. cf. Ebr. II. 14. ss.), quod divinitus ipsi datum fuerat *), ut *doceret* homines, & *salutem* annunciatam (cf. v. 3) hominibus idem *procuraret*.

a) v. Comm. in ep. ad Hebr. p. 666. 34.

b) Diss. de notione regni coelestis not. 71.

c) Proleg. in ep. ad Hebr. p. CII.

*) Munus prospiciendi gregi s. populo Dei (munus pastoris ovium Joh. X. 11 — 16) cernitur quidem imperio (v. 28 — 30. coll. XVII. 2), quae notio tanquam summa muneris Christi (X. 24. s.), filii Dei (v. 36 — 38), praecipue urgebatur (Ez. XXXIV. 23. s. XXXVII. 24. coll. Ps. II. 2. 6. s. Ebr I) a prophetis, sed huic consilio (imperio & administrationi rerum gregis s. populi divini salutiferae) serviebat tum mors ad servandas ab interitu oves tolerata (Joh. X. 12 — 15. coll. III. 14 — 16. Matth. XXVI. 28. Es. LIII. Luc. XXII. 37), tum promulgatio doctrinae salutaris (Joh. X. 3—5. 26. s.) partim immediata, partim (v. 16) mediata per ministros Domini, imperio potiti.

§. 85.

Munus *legati divini* (Jo. XVII. 6 — 8. 18. XX. 21. cf. Ebr. III. 1), seu *prophetae* (Joh. IV. 44. Matth. XIII. 57. Luc. IV. 24 — 27. cf. Ebr. I. 1. 2), h. e. negotium divinitus *docendi* (Jo. VII. 16. s. XIII. 13. s. Matth. XXIII. 8. 10),

quod Deus mandaverat (Jo. XVII. 4. *a*) IX. 4. 5. V. 36. 30. IV. 34. coll. v. 27. 32. VI. 37—40. VII. 16—18. VIII. 28. s. 40. 42. XII. 44. ss. XVIII. 37. *b*) Luc. IV. 43. cf. Marc. I. 38), propter singularem cum Deo conjunctionem tanto insignius ab Jesu peragi potuit (§. 82. c). d). Sed docendi *munere fungi*, h. e. in publico, continenter, more usitato docere, lectosque homines persequendo, quod ipse inchoasset, docendi negotio assidua disciplina præparare (§. 9), uno verbo, non singulis modo hominibus interdum se præsentem exhibere, sed cum imbecillis mortalibus vivere *c*), & tenuioribus quoque hominibus (Matth. IV. 12—16. *d*) IX. 12. s. 36. Marc. VI. 34) tanti hominis tantam fiduciam (Matth. XI. 28. s. Luc. XV. 1) inspirare nequisset, nisi, represso tantisper magnitudinis ac dignitatis splendore, *nostri similis*, imo tenuioris *e*) ordinis homo (Luc. II. 24. Matth. VIII. 20. XIII. 55. s. XI. 19) *evasisset* (§. 80). Atque etiam exemplar obedientiæ, quod in vita Jesu ad imitandum nobis propositum est (Jo. XV. 10. 12. XIII. 34. Matth. XX. 26—28. 1 Jo. II. 6. IV. 17. *f*) III. 16. Phil. II. 5. Eph. V. 2), tanto accommodatius est docendis (1 Petr. II. 21) nominatim hominibus imbecillis, quanto similiores

(Phil. II. 7. f.) res Jesu fuere iis, in quibus nostra obedientia exerceri solet, & præsentis nostræ conditionis tenuitas magnificam spem, quam doctrina Jesu misellis hominibus ostendit, eo minus exturbare potest, quod ipse Jesus, quem Deo carissimum summisque rebus destinatum fuisse, cum emicans inter humilitatem magnitudo (§. 82) tum historiæ terrenæ exitus (§. 83) monstravit, *humanis molestiis* similiter *conflictatus fuit* (Matth. X. 25. Jo. XV. 20. XII. 24—26. *g*) 1 Petr. II. 17. 18. *h*) IV. 12. f. Rom. VIII. 17. ss. 2 Tim. II. 11. f. cf. Ebr. XII. 2. f.).

a) Munus, Jesu assignatum (v. 4.), constabat partim (cf. über den Zwek der evl. Gesch. Joh. p. 190) negotio (v. 6—8) proponendi doctrinam divinam eique ut divinæ fidem miraculis faciendi (V. 36 XV. 24. X. 37. f. XIV. 10. f.).

b) Jesus natus fuerat ad regnum (cf. Luc. I. 31—33), & *hoc consilio venerat in mundum, ut confirmaret* (cf. Jo. V. 33. 3 Io. 3. 6. & *Mori* Epit. theol. christ. p. 194. Differt. theol. & philol. Vol. II. p. 267), *quod res erat*, nempe regem se esse. Atqui confirmavit *docendo* (Matth. IV. 17. 23). Ergo *propterea* venerat in mundum, *ut doceret*.

c) Cum desiisset vitam *nostrae similem* vivere, non amplius habitavit apud mortales, sed in cœlos abiit, eoque etiam ipso intervallo, quo suis edocendis (§. 83. c) adhuc vacavit (Io. XX. 17), non assidue

versatus est cum iis, sed passim duntaxat ad tempus se præsentem exhibuit (§. 83. b).

d) v. *Hessium* über die Lehren, Thaten und Schiksale unsers Herrn p. 37. ss.

e) Tenuioris, quam Deus homini Jesu dedit, sortis plura consilia *Keilius* (Diss. de exemplo Christi recte imitando p. 25) commemorat.

f) v. über den Zwek Joh. p. 213. f.

g) Diss. II. in LL. N. T. histor. p. 20.

h) Comm. in ep. ad Hebr. p. 523. f.

§. 86.

Procuratio salutis promissæ duabus *a*) partibus constat. Unam negotii partem *b*) Servator peragit, ex quo versatur in cœlo, alteram (§. 87. ss.) peregit, cum in his terris versaretur. Et de *illa* quidem negotii parte hoc fidentius bene sperare possumus, quod (Eph. IV. 9. 10. c) rebus nostris *idem* præest, qui per obedientiam erga voluntatem Dei *etiam abstinuit lubenter ab* ostentatione & *usu dignitatis suae* (§. 81. f.), tantum abest, ut metui locus relinquatur (cf. Ebr. V. 5. i). 7. m), ne capessito tandem ex voluntate Dei (§. 78. c) imperio ac majestate unquam secus utatur, quam vult Deus, servator noster (§. 75. a). Qui amore nostri ductus (§. 81) magnitudinis suæ fructui ad tempus renuntiavit,

& contra *miseriae humanae* longum, varium & durum *experimentum suo ipse usu cepit*, eumdem confidere licet (cf. Ebr. II. 17. f. IV. 15. f. V. 1. u). 7. p). 8. y) gloriosi, quo ad salutem nostram in coelo fungitur, negotii bene & *cum singulari misericordia* gerentem esse *d*).

a) Utramque spectat nomen *ἀρχιερέως* Ebr. III. 1. (§. 84. c). Nam & *majestatem Jesu coelestem* ac imperium divinum (VIII. 1. 2. 4. V. 5. f. VII. 26. 28. IV. 14) ita exprimit, ut dignitatem illam *hominibus proprie salutiferam* esse doceat. (V. 9. f. VI. 19. 20. VII. 24. f.), & majestatis Christi fructuosam nobis vim ac usurpationem e *morte piaculari* nectit (VIII. 3. VII. 27. IX. 12. 14. 23. ss. X. 12. 14. 19–22), *quam Jesus in his terris obierit.* v. Comm. in ep. ad Hebr. p. 138. ss. Proleg. p. XCIX. Et ipse etiam Dominus confirmavit (Joh. X. 18), negotii a Patre demandati caussa non *mori* tantum, sed & *reviviscere* se debere. v. Diss. III. in LL. N. T. histor. aliquot locos p. 56.

b) v. infra c. II. & cf. supra §. 65.

c) v. Diss. in epp. Paulli minorum aliquot loca p. 21. f.

d) v. Comm. in ep. ad Hebr. p. 440. 670.

§. 87.

Quamquam vero Jesus per conjunctionem singularem cum Deo (§. 76. f.) tanta magnitudine ac perfectione est (§. 78), quae homi-

nibus insigni felicitate beandis (§. 60 — 65) omnino sufficiat: huic tamen usurpationi virtutis ac majestatis Jesu obstabat (§. 24) conditio hominum, qui tanta salute per se ipsi non sunt digni (§. 57). Ut igitur homo Jesus ad beandos fratres suos (Rom. VIII. 29. cf. Ebr. II. 11. f.) *legitime* posset suas opes conferre, eadem lege (§. 24), quæ ceteros homines tanta beatitate propter obedientiæ defectum indignos judicat, sibi contra jus potestatemque (Jo. XVII. 2) meruit, sua magnitudine ad fratres beandos utendi suamque beatitatem in eos, quamvis non illorum, at suo merito derivandi ac propagandi (v. 22. 24. cf. Ebr. IX. 16. p). & supra §. 64. f. 73. a). Qui enim beneficio conjunctionis cum Deo statim ita perfrui poterat (§. 79), quemadmodum nunc re ipsa fruitur (§. 78. 83), qui, quamvis læta & splendida conditione usus fuisset, *huic* tamen *ipsi accommodatam* obedientiam erga Deum suum præstare potuisset, quemadmodum nunc re ipsa præstat (1 Cor. XV. 28. Jo. XX. 17. Eph. I. 17. cf. Ebr. I. 9. Ap. III. 12. §. 84): ei Deus in his terris *longe diversum*, quod *tanti hominis dignitate alienum* videri poterat, *theatrum obedientiae* assignavit hac lege (§. 24), ut miræ obedientiæ mirificum

præmium consequeretur, quumque ipsius propriæ beatitati ac majestati, ex *unica* (§. 76) *atque perfectissima* (§. 77) conjunctione cum Deo pendenti (§. 78. h), nihil accedere posset, hanc certe ipsam majestatem & beatitatem eo modo, qui *naturam vimque praemii* haberet (Phil. II. 8. f. cf. Ebr. II. 9. XII. 2), i. e. cum elogio, dignissimum ipsum esse singulari hoc summoque loco (Jo. X. 17. Eph. V. 2. cf. Apoc. V. 12. Ebr. I. 9), & cum potestate, obsequendi suo studio in fratres, quamvis tali beatitate per se non diguos, at ipsius gratia (Jo. XVII. 26. *a*) Eph. I. 6. Gal. II. 20. *b*) tamen admittendos, obtineret *c*); ut in tantum fastigium non modo eveheretur, quia conveniens erat ipsius singulari conjunctioni cum Deo, sed ut eveheretur *tanquam auctor salutis hominum* (Act. V. 31. *d*) cf. Ebr. V. 9) *ad ornandam praemio* (v. 9. z) *singularem ipsius obedientiam* (v. 8). Hominis Jesu *obedientia* (Rom. V. 19) ac pietas, in his terris præstita, ejusque honorifica, quæ insecuta est, significatio (δικαίωμα v. 18) ac præmium (Es. LIII. 10 — 12) humanæ salutis caussam similiter (§. 59. 65. extr.) continet *e*), ac primi hominis inobedientia (Rom. V. 19) &

damnatio (v. 16) humanae miseriae caussa extitit (§. 55. 57).

a) l. c. p. 592. cf. infra §. 95. supra §. 73. a).

b) Comm. cit. p. 455. f.

c) l. c. p. 663. ss.

d) Diss. II. in LL. N. T. histor. p. 77. f.

e) Comm. in ep. ad Hebr. P. II. §. 14.

§. 88.

Hanc obedientiam (Rom. V. 19. δικαιοσύνην v. 18) Jesus ut universe (Jo. VIII. 29. XV. 10. Matth. III. 15. *a*) Phil. II. 6. 7. 2 Cor. VIII. 9. §. 81. cf. quoque §. 55. m) in vita, inter mortales acta, inde a pueritia (Luc. II. 49. 51. f.), sic nominatim praestitit in administratione muneris docendi (Jo. IV. 34. VI. 37. f. V. 30. VII. 18. VIII. 49. 55. 26. 28. f. XII. 49. f. XVII. 4. 6. 12), maxime *b*) vero dum se obtulit (X. 17. f. XIV. 31. XVIII. 11. Matth. XXVI. 52 — 54. 39. 42. cf. Ebr. X. 7. 9. *c*) morti praeter modum aerumnosae.

a) Diss. de sensu vocis δίκαιος §. IX.

b) Perpessione mortis & annexae miseriae perfecta, & constans obedientiae Jesu absolutio omnium manifestissime cernebatur (Phil. II. 8. cf. Ebr. V. 8). Unde salus nostra, quae fructus est obedientiae Jesu (§. 87), nominatim ad summam obedientiam Jesu,

five ad *supplicii tolerantiam* refertur (Jo. VI. 51. III. 14—16. XII. 24. 1 Jo. IV. 9. 10. 1 Theff. V. 9. f. cf. Ebr. X. 19. f). Accedit, quod venia peccati, quæ mortis Chrifti proprium confilium erat (§. 89. fs.), reliquæ omnis falutis fundamentum eft cf. IX. 15, n). & infra §. 117. e) v. Comm. in ep. ad Hebr. p. 665. 441. f. 669. 597.

c) v. etiam l. c. p. 595. f. *Heſſii* Biblioth. der h. Gefch. P. II. p. 354. fs.

§. 89.

Talis mortis & miferiæ tantæ perpeffio hanc omnino vim habuit, ut obedientia Jefu, hujusque meritum (§. 87) & exemplum (§. 85) *eomagis* eluceret (§. 88. b), noftrarum denique miferiarum fenfus (§. 86) *ad fummum* ipfi *cacumen* veniret. Sed nec fuperior vita Jefu materiam obedientiæ fubtraxerat §. 88), & ipfius etiam abftinentiæ ac modeftiæ exercitatio (Phil. II. 4—7. 2 Cor. VIII. 9. §. 81. c). §. 82. extr.), humanæque miferiæ fenfus ac tolerantia (Matth. VIII. 20. XVII. 17. Marc. VIII. 17. Jo. VI. 38. *a*) Matth. X. 25. XI. 19. XII. 24. Luc. IV. 28. f. VI. 11. Joh. VII. 1. XV. 18 —25. Luc. XXII. 28) ante miferiam ærumnasque mortis toleratas fatis profecto loci habuerat. Neque huic *obedientiae* quidquam defuiffet ad perfectionem, fi modo tolerantiam

atrocis supplicii Deus *postulare* supersedisset *aa*). Singularem igitur & gravem (Matth. XXVI. 39. 42) caussam oportet subesse, quare Deus nominatim voluerit (Jo. X. 17. f. XIV. 31. XVIII. 11. cf. Ebr. X 7—10), ut filius unicus (Rom. VIII. 32. cf. Ebr. V. 8) *pateretur ultima*. Nec longe repetenda est caussa, quum diserte sacra scriptura doceat, mortem Jesu ærumnosam spectasse nominatim ad *peccati veniam* (Matth. XXVI. 28. Eph. I. 7. V. 2. coll. IV. 32. cf. Ebr. IX. 15. *b*), sive ad liberandos homines miseria post mortem *c*) futura *d*) ejusque metu (Jo. III. 14—16. 1 Thess. I. 10. cf. Ebr. II. 14. f.).

a) v. Diss. III. in LL. N. T. histor. aliquot locos p. 47.

aa) Comm. in ep. ad Hebr. p. 664 - 666. 421. 442. 595 — 597.

b) l. c. p. 369. f.

c) l. c. p. 499. f. *Temporariis* quoque incommodis, ex quibus Christi mors non liberavit (Rom. VIII. 10. 18—23), saltem *poenae* ignominiam & horrorem detractum esse (v. 1. V. 1. 3—10), ibidem (p. 502. ss.) ostenditur. cf. p. 660. f.

d) Uno verbo, futura (not. c) *omni poena* (Rom. V. 9), seu nectatur *unice* (§. 57. e) ex *Adami* peccato ejusque pœna, sive (§. 57. d) contracta sit *partim* propria *posterorum Adami* culpa Rom. V. 16. Col. II. 13. Tit. II. 14. (l. c. p. 412). 1. Jo. I.

7. 9. Act. XIII. 38. f. cf. l. c. p. 587. Etiam prioris generis malo, quamvis culpa absit (cf. *Rappium* in *Maucharti* Repert. für empir. Psychol. T. II. p. 153), tamen *poenae* nomen convenire, ostendit Commentarius in ep. ad Hebr. p. 585. f. Imo illae ipsae poenae, quae *partim* propria cujusque culpa vel ante emendationem vel in progressu ejus contractae sunt, *partim* tamen nectuntur (§. 57. c). §. 56. extr.) ex vitiositate, ab Adamo in posteros propagata, sive ex *Adami* peccato ejusque poena. Et hactenus *misericordia* Dei (§. 59. 92), quae prospexit humano generi liberatorem ex incommodis, peccato & poenae *Adami* annexis, etiam ad poenas, *propria cujusque* culpa contractas, pertinet (v. Comm. cit. p. 660. ss. cf. *Rappium* l. l. p. 156. f. 188), iisdemque liberat eos omnes, qui justissimam (§. 67. 73. a) beneficii conditionem (§. 122. 67) non rejiciunt pertinaciter. Non postulavit (cf. *Rappium* l. c. p. 152. f.) Deus ab hominibus vitiosis impossibilem ipsis animi vitaeque consensum cum norma, neque poena eos propterea teneri censuit, quod non essent perfectiores, quam esse poterant. Sed vitiosi homines vicissim postulare a Deo non poterant beatitatem aeque puram & perfectam, ac si non essent vitiosi, & hoc incommodum nectitur ex innata vitiositate, hoc est, ex Adami, qui poterat (§. 53. f). 54. c) cavere peccatum atque debebat, culpa, quam Adami & posterorum ejus *communis* vitiositas necessario, seu naturali, qua homines e primo omnes per procreationis successionem oriri debebant (§. 53. a), lege sequebatur (§. 55), quia delictum Adami praecesserat. Ergo hominum vitiositas

sitas ex eaque nexum incommodum, quod diximus, *naturalis poena* erat peccati *Adami*. Qua *primi hominum parentis* poena cum alter humani generis parens (§. 59), subeunda poena, nos liberasset (§. 66. cf. Comm. cit. p. 660. f.), *nostram*, universitatis hominum, poenam tulisse dici potest (1 Tim. II. 6. Joh. I. 29. §. 91. b), g). cf. Ebr. II. 9), quia poena, quam quisque *participat* (§. 57. a) *ejus ipsius* poena dici solet. (v. Commentarii in ep. ad Hebr. locum supra cit. p. 585). Cum vero illarum quoque poenarum, quas *nostra ipsorum culpa* commeruimus, sed quas tamen ex parte necti vidimus e primi hominis poena, luendarum necessitate nos exsolverit; etiam pro nobis *sontibus ipsis*, ob *nostra ipsorum* peccata passus esse poenam dici poterat (§. 91. a).

§. 90.

Id non licet in hunc sensum interpretari, ut Jesus & apostoli doceant, morte Christi nos posse stimulari ad servandam doctrinam Christi & colendum officium, quae probitas porro veniae ac salutis parens sit. Etenim haec ratio non temere modo suscipitur, cum sacrae literae vim mortis Christi nusquam diserte hoc modo explicent *a*), contraque potius soleant *b*) ex veniae, per mortem Christi partae, beneficio *antecedente* pietatis officium *ut consequens* ducere, sed planissime etiam

repugnat doctrinae christianae, quae & veniam peccati nostrae virtutis *meritum debitumque fructum esse* tam vehementer *negat c)*, ut, si contraria ratio valeret, etiam supervacaneam fore mortem Christi asseveret (Gal. II. 21. *d*), & *e*) mortis Christi beneficio jus veniae ac salutis impetrandae partum esse docet (§. 66. f.) *omnibus* hominibus, etiam iis, qui vel omnino abhorrent *a probitate*, vel ad virtutem sectandam excitari certe non poterant *morte Christi*, cujus nullam notitiam habuerant.

a) Imo si hoc voluissent scriptores sacri, veniam peccati salutemque citius ab *resurrectione* quam a morte Jesu fuissent repetituri. v. Comm. in ep. ad Hebr. P. II. §. 5.

b) l. c. §. 4.

c) l. c. §. 3. cf. supra §. 73.

d) Comm. in ep. ad Hebr. P. II. §. 6.

e) l. c. §. 2.

§. 91.

Enimvero scriptores sacri hoc volunt intelligi, Christum pro sontibus hominibus (Rom. V. 6—8) propter eorum peccata (IV. 25. 1 Cor. XV. 3. Gal. I. 4. Es. LIII. 5) passum & mortuum esse (1 Petr. III. 18. *a*), & hac perpessione mortis effecisse (Matth. XX. 28. 1 Tim. II. 6. *b*), ut, *quia* ipse passus fue-

rit propter peccata noſtra, nos contra neceſſitate patiendi propter peccata non minus liberi ſimus, quam ſi tuliſſemus ipſi ſupplicium eoque jam defuncti eſſemus (2 Cor. V. 15. Rom. VI. 2. 5—8. 11. VII. 4-6. 1 Petr. II. 24. IV. 1. *c*) Gal. II. 19. Rom. VIII. 4. *d*), ne multa, Chriſtum *noſtra cauſſa & vice poenam* *e*) *ſuſtinuiſſe* (Gal. III. 13. II. 19. Rom. VIII. 3. 4. *f*) Eſ. LIII. 5. 11. ſ. 1 Petr. II. 24. Jo. I. 29. 1 Jo. III. 5. cf. Ebr. IX. 28. *g*), eaque via Deum judicem nobis propitium reddidiſſe (Eph. II. 16. Rom. V. 10. *h*), ſeu *i*) noſtram rem eo deduxiſſe, ut, ſublata *k*) dubitatione, quam miſerabilibus hominibus facienda gratia *l*) contra ſanctitatem legis (§. 24), peccato pœnas annectentis, movere poterat (§. 73. a), ſalvo legis, cui tamen ſatisfactum eſt (Rom. VIII. 3. 4. Gal. II. 19), honore (Rom. III. 31), uno verbo, juſte (v. 25. 26. *m*) poſſemus abſolvi & pœna (§. 89. d) liberari. Neque etiam eſt, quod metuamus *n*), ne hæc omnia ad vanas æqualium Chriſti & apoſtolorum opiniones accommodatiora ſint quam veriora. Si quid *divinitus* ab apoſtolis præceptum eſt, hæc certe doctrina de venia per deceſſum Chriſti nobis parta divinitus tradita eſt, cum diſerte

inter ea doctrinae capita censeatur (Jo. XVI. 8. 10. o) 2 Cor. V. 18. ss.), quae Deum (v. 19. s. §. 10. p. 50. 52) ejusque Spiritum (Jo. XVI. 7. s. 13) auctorem habeant.

a) l. c. p. 475. ss.

b) l. c. p. 436. ss.

c) l. c. §. 9.

d) v. mox not. f).

e) Quae vis in hac caussa vocabulo *poenae*, subjecta sit, expositum est in Comm. cit. p. 487. cf. supra §. 89. d).

f) Comm. cit. p. 491 - 496.

g) l. c. p. 192. s. 479. ss. Id ipsum dicit (l. c. §. 8. cf. p. 549. ss.) comparatio Christi cum *victima placulari* (1 Jo. II. 2. IV. 10. 2 Cor. V. 21. Rom. VIII. 3. III. 25. cf. Ebr. VII. 27. IX. 12. 23. 25. ss. X. 5—14. XIII. 11. s.). *Expiator populi* (Ebr. II. 17. 11. X. 10. 14. XIII. 12. cf. l. c. p. 502), h. e. (II. 17. X. 11. i). XIII. 11) summus sacerdos dicitur Christus, quia suum ut *victimae piacularis* sanguinem *intulit in coelum* (IX. 12. 23—25. X. 12. XIII. 11), h. e. (cf. §. 86. a) quia *morte piaculari* defunctus *gloriosa apud Deum beatitate fruitur* (IX. 14. a) tanquam documento (1 Petr. I. 21. §. 83. a) veniae, ipsius morte nobis impetratae (Ebr. II. 17, u); summus sacerdos est (V. 4—6. 10. VII. 26), quatenus *divina majestate* conspicuus est (V. 5. VII. 26. 28. VIII. 1), eaque *salutifera* nobis (V. 9. VII. 24. 25), obedienter (V. 8.) perlatae *mortis* (v. 7. VII. 27.) *virtute* (§. 87. 88. b), cf. Comm. cit. p. 141. s.).

h) l. c. p. 407. ſ.

i) Superioris enunciati non ea ſententia eſt, ut Deus noſtri miſericordia tum demum moveri coepiſſet, quum Chriſtus ipſi noſtra vice poenas dependiſſet. Etenim fieri profecto poteſt, ut judex, *quamvis miſericors*, poena afficiat, hactenus (§. 24. d) ergo *iraſcatur*, legis & publicae ſalutis amore permotus, eademque de cauſſa non ante *fiat propitius* poenave non liberet prius quam, ſalva legis auctoritate, poſſit liberare. Et quis quaeſo alius, niſi *ipſe Deus* (Jo. III. 16. 1 Jo. IV. 9—11. Rom. V. 5—8. VIII. 32. 2 Cor. V. 18. 1 Petr. I. 19. ſ. cf. Ebr. II. 9. §. 59. 75. a), modum veniae humano generi legitime procurandae inſtituit? v. Comm. cit. p. 568. ſ. Unde etiam *ſe* nobis *ipſe* propitium reddidiſſe (καταλλάξαι ἡμᾶς ἑαυτῷ) per Chriſtum, ſeu, Chriſtum morti objiciendo, effeciſſe dicitur (2 Cor. V. 18. ſ.), ut *legitime* nobis veniam dare (v. 19), atque ita *ſuae miſericordiae* obſequi poſſet. v. l. c. p. 409. ſ.

k) Huic conſilio accommodatam fuiſſe poenam, quamvis ab *alio*, tamen ab eo exactam, qui nominatim elaboraret *in procuranda hominum ſalute* (§. 87). & *tantae magnitudinis* homo (§. 76. ſ.) eſſet (Rom. VIII. 32. cf. Ebr. V. 8. §. 82. a); eamdemque *nulla* prorſus *in Jeſum*, qui poteſtatis hominum, &, ſalva quidem legis (§. 24), peccato poenam annectentis, auctoritate (§. 94. b), beandorum *cupidiſſimus ipſe fuerit*, quumque ſupplicio defunctus eſſet, *obedientiae* (§. 88. b) *propoſitum praemium* ex legis (§. 24), obedienti cuique praemium decernentis, ſententia *obtinuerit* (§. 87), *injuria* conjunctam

fuisse, nolumus denuo fusius exponere. v. Comm. in ep. ad Hebr. p. 597. ss. 559. ss. & p. 663. ss.

l) Liberalissimæ *gratiae* documentum, cui hominum caussa inprimis apta fuerat (§. 59), *non ipsis modo hominibus*, sed *angelis* quoque sanctis (1 Petr. I. 11. f. Eph. III. 10) pariter salutare fuit (Comm. cit. P. II. §. 16), ac in eadem hominum caussa editum (not. k) *severitatis* exemplum in tuenda legis auctoritate. Nam hoc quoque ipsum *vel ad angelos* pertinet (Col. I. 20. cf. Ebr. IX. 23. Comm. cit. p. 499. 607—611). Universa illa ratio, quam Deus secutus est, cum ex Jesu Christi obedientia ac tolerantia salutem humanam vellet esse suspensam (§. 92), non propter Deum, qui sua sponte nostri misertus est (not. i), necessaria fuit, sed *ad nostram indigentiam accommodata* est. Neque vero propterea nititur (v. not m) *errore* de necessitate sacrificiorum ad mitigandam Dei iracundiam, quod ipsis etiam sacrarum literarum reverentibus scriptoribus, ut G. H. *Langio* & *Senffio* (Versuch über die Herablässung Gottes (§. 23—34) visum est, sed juvat potius (§. 92) *verissimam*, nec hominibus tantum (l.c.), sed *purissimis etiam ac intelligentissimis mentibus* (Comm. in ep. ad Hebr. p. 594. f. 607. ss.) salubrem, opinionem de sanctitate legis, obedientiæ præmia, peccato pœnam annectentis. cf. l. c. p. 614. not.

m) l. c. P. II. §. 11.

n) l. c. §. 10.

o) l. c. p. 93. 426.

§. 92.

Humanæ ſalutis procurandæ modum Deus ſic inſtituit, ut hominis Jeſu *obedientia* (§. 88), quæ nominatim etiam ſubeunda pro hominibus *poena* (§. 91) cernebatur, eam ipſam legem (§. 24) *confirmaret* (§. 87. 91. k). m), cujus auctoritatem liberalitatis erga homines magnificentia imminuere videbatur *a*), quæve hominibus tantam ſalutem, quanta in his terris nemo *per obedientiam* dignus evadit (§. 73), negatura eosque contra *poenis* futuris (§. 89. d) objectura fuiſſet, niſi Deus, miſericordia permotus, humano generi, quod ſingularem omnino ipſiusque propriam calamitatem accepit, ſingulari etiam modo conſulere voluiſſet (§. 59. 73. a). Ergo dulciſſima doctrina de obedientiæ, & nominatim tolerantiæ Chriſti merito ad veniæ (§. 89. 91) & magnificæ ſalutis (§. 87) ſpem *b*) miſelli hominis animum ita erigit, ut obedientiam, quamvis tantæ ſaluti promerendæ imparem (§. 73), ea ipſa *obedientia* nobis commendet *c*), in qua ſpes ſalutis noſtræ ſita eſt (§. 87), contraque a peccandi libidine nihil vehementius deterreat (Luc. XXIII. 31. 1 Petr. I. 17—19. II. 24. IV. 1. ſ Rom. VI. 2—12 *d*

illo ipso *supplicio*, in quo nobis spes est veniae peccati (§. 89. 91).

a) l. c. p. 614.

b) Haec ipsa tanto plus valet ad pietatem, quanto perniciosior est cum perfectae salutis desperatio tum inanis arrogantia meritorum (§. 73. b).

c) l. c. p. 593. ss.

d) l. c. p. 600. ss. 519. ss. *Novum foedus* sanctum est *sanguine* Christi (Matth. XXVI. 28. Luc. XXII. 20. cf. Ebr. XIII. 20. IX. 20. f). & infra §. 114. f). h. e. sanctitas tum promissionis veniae atque salutis (VIII. 6. 12. X. 16. f. IX. 15), tum conditionis (§ 67. 72. 117. ss.) propositae (VIII. 10. f. X. 16. Rom. III. 22. 25. f. 30. Phil. III. 9) confirmata est morte Christi. Quamquam igitur *veritas* doctrinae Christi *non tam ex ipsius morte*, quam aliunde (§. 7. f.), nominatim *ex resurrectione* Jesu (§. 83. a) intelligitur, tamen *inviolata sanctitas* hujus nominatim doctrinae, quae salutem nobis promittit cum conditione, eo magis elucet, quod doctrina Christi, cujus igitur veritas jam sumitur, *mortem Filii Dei* (§. 82. a) ad *veniam peccati nobis procurandam* (§. 89), & legitime quidem, ac *salva legis*, *fidelitatem postulantis* (§. 24), *auctoritate*, procurandam (§. 91), spectasse, *tantique* hominis vitam *aeque nobis & honori legis* impensam fuisse, tradit, h. e. colligere licet e morte Christi ejusque consilio, *quam serio* Deus velit, ut *salus nobis obtingat* (Rom. VIII. 32. cf. Ebr. XII. 24. c). X. 19. *), & *quam serio* idem velit, ut salus obtingat nobis *sub ea conditione*, *ne simus infideles* (1 Petr. I. 2.). v. Comm.

in ep. ad Hebr. p. 604. ss. 422. ss. Ceterum, quia Deus novi illius fœderis fidem *per Jesum* fecit (Ebr. VII. 22.), hic Jesus dicitur *novi foederis mediator*, h. e. is (XII. 24. a), per quem Deus non *promulgavit* (v. 25. g) solum veniæ & salutis promissum ac conditionem, sicut veteris fœderis (v. 18. ss.) argumentum Moses (v. 21) mediator (v. 19. n), Gal. III. 19) exposuerat (Ebr. IX. 19), sed qui idem novi fœderis *sacerdos* est (Ebr. VIII. 6. coll. v. 1—3. IX. 15. coll. v. 11. ss.), sive (§. 86. a), 91. g) cum Deo versatur (VIII. 1. s. 4. IX. 12. 14) tanquam veniæ & salutis auctor (v. 12. 15. VI. 9. f.) virtute mortis piacularis (IX. 15. VIII. 3.) Et quia *Deus* cum *hominibus* de salute (1 Tim. II. 4) per hominem, Christum Jesum, non modo ut internuncium (Ebr. II. 3. §. 85). sed & (III. 1. §. 86. a) ut salutis egit (1 Tim. II. 6. §. 87—91), & per hunc salutis nostræ procuratorem agere pergit, atque ab eo expositam paratamque salutem per eundem tribuet hominibus (C. II. Sect. I.), propterea Jesus *Dei hominumque mediator* vocatur (1 Tim. II. 5).

§. 93.

E palmario (§. 90. d). cf. §. 112. f) mortis Christi consilio (§. 89. 91) pendent *a*) alii fructus, ut abolitio expiationum lege Mosaica præscriptarum (cf. Ebr. X. 8—18. IX. 9—12) indeque porro (cf. VII. 12) universæ illius *b*) præparatoriæ (§. 70. f) œconomiæ (Gal. II. 14—19. *c*) IV. 4. 5. *d*), ab eaque invecti (§. 70. c) discriminis inter Judæos ceteras-

que gentes (Eph. II. 13. ss. Col. II. 14. not. 88. Joh. IX. 51. s.). Accedunt alia consilia (§. 89. init.), quae, etsi per se sola non eo valuerunt, ut tanti hominis tale supplicium decerneretur, tamen, ubi semel de morte Christi aerumnosa palmarii consilii gratia constitutum erat, conjungi egregie poterant *e*).

a) l. c. p. 457. ss.

b) *Mosaicam* intelligimus, ortam a *lege* Mosaica, quae (Gal. IV. 24. 2 Cor. III. 6. 7. 13—15. cf. Ebr. VIII. 7. 9. IX. 1. 18-20.) nomine *veteris* (2 Cor. III. 14. cf. Ebr. VIII. 13) aut superioris (VIII. 7. 13. IX. 1. 15. 18) *foederis*, solemnisve promissi cum conditione (VII. 22. n). cf. l. c. p. 445. & b. *Mori* Epit. theol. christ. pag. 160), a *novo* (Marc. XIV. 24. 1 Cor. XI. 24. 2 ep. III. 6. cf. Ebr. VIII. 8. 13. IX. 15. XII. 24) aut altero (VIII. 7) eodemque meliori (v. 6 *k*). VII. 22) & sempiterno (XIII. 20. cf. IX. 12) *foedere* (§. 92. d) discernitur. Novum foedus IX. 16. s. etiam cum *testamento* comparatur, sed obiter. v. Comm. cit. p. 128. 174. s. Proleg. p. XC. s.

c) Etsi νομον v. 16. 19. haudquaquam de sola parte *ceremoniali*, sed de lege Mosaica universe intelligimus (Comm. cit. p. 443. ss.), ipsa tamen generali sententia haec nominatim continetur (l. c. pag. 457. ss.), solutos esse homines necessitate observandi *cerimonias*, Mosaica lege constitutas, sed finite (§. 15. c), h. e. ita, ut pertinerent ad certam gen-

tem ad certum tempus (Gal. III. 23 — IV. 5. cf. Ebr. VIII. 7—13. & *Michaelis* Dogm. §. 165).

d) Prolus. de consensu epp. Paulli ad Hebr. & Gal. p. 22. ss. v. etiam Eph. II. 15. 16. Col. II. 14. 16. s. not. 87. 92. s.

e) Comm. in ep. ad Hebr. p. 442. s.

LIBRI QUARTI

PARTIS SECUNDAE

CAPUT ALTERUM

DE NEGOTIO, QUO SERVATOR, IAM DOMINUS, FUNGITUR.

SECTIO PRIOR

DE NEGOTIO SERVATORIS, IAM DOMINI, UNIVERSO.

§. 94.

Negotio in his terris peragendo defunctus Jesus non abjecit curam hominum (1 Jo. II. 1. Rom. VIII. 34. cf. Ebr. VII. 25. *a*), sed pergit exequi (Es. LIII. 10) consilium Dei (§. 65. 86. a), eoque jure *b*), quod obedientia ad ultimam usque pœnam præstanda impetravit, sua, inquam, potestate, hominibus, quamvis tanta salute indignis (§. 87), imo sontibus (§. 91), beatitatem insignem tribuendi, nunc,

quum in excelsissima conditione versatur (§. 83), re ipsa utitur, ipsiusque censet esse majestatis *c*) suae, usu confirmatae misericordiae (§. 86) erga fratres (§. 75) potenter jam satisfacere & humanas res sua providentia, suis opibus perpetuo (Luc. I. 33. cf. Ebr. VII. 24. ss. *d*) juvare.

a) Εντυξις illa hoc sibi vult, Christum, ex quo revixit (Ebr. VII. 24. s. Rom. VIII. 34) & dexter Deo sedet (v. 34), *cum Deo*, & *pro nobis* quidem (υπερ v. 34. Ebr. VII. 25. cf. disjunctum Rom XI. 2), agere (1 Jo. II, 1); non modo vitam ipsius in hac terra & mortem, sed (Rom. VIII. 34. §. 78. e) imperium quoque divinum, quo reversus in vitam fungatur, nobis esse saluti, redivivum quoque Jesum (V. 9. f.), & hac quidem ipsa de caussa (Ebr. VII. 24. f.), quod immortalem vitam vivat, itaque non superioris duntaxat vitae meritis, sed continuatis etiamnum factis nos juvare (σωζειν v. 25), eum non in his terris solum nostris commodis serviisse, sed etiam nunc cum Deo in coelo versari nostro commodo (IX. 24. VI. 20). v. *Mori* Differt. p. 298. ss.

b) Justus (cf. Ebr. I. 8. 9. VII. 2) *moderator* universi (§ 78) ante capessitum imperium sua obedientia & tolerantia consecutus est (§. 92), ut dignitati legis (§. 24), quam in praemiis poenisque decernendis universe sequitur, propria *servatoris* hominum provincia (not. c) & misericordia in hac caussa nominatim adhibenda non obesset, sed consuleret etiam. v. Comm. in ep. ad Hebr. p. 575. 669. s.

c) Ea cernitur hoc ipſo, quod *per magnitudinem ſuam* (ὑψωθεὶς Act. V. 31. τελειωθεὶς Ebr. V. 9. II. 10. coll. v. 9. & Comm. cit. pag. 590) *valet* ſervare homines, quod *rex* ſalutifer (cf. VII. 2. 1), ſeu talis (§. 86. a). 91. g) ſacerdos (cf. V. 4. ſ.) eſt, qui *idem rex* ſit (cf. V. 6. 10. VI. 20. cum VII. 1).

d) De loco 1 Cor. XV. 24—28. v. Diſſ. de notione regni cœleſtis p. 19. ſs. & *Dionyſ. van de Wijnperſſe* Betoog der waare en eeuwige Godheid van onzen Heere Jeſus Chriſtus p. 98. ſs.

§. 95.

Hominis Jeſu vita cœleſtis vel propterea conducit piorum hominum ſaluti, quod cupiditate ſalutis ſuorum per omnem vitam flagrare non deſinit (Jo. X. 14. ſ. 28. XIV. 21. XV. 10. XVII. 24. Rom. VIII. 34. ſ. cf. Ebr. VII. 25. IV. 15. §. 94. a). §. 86), eoque deſiderio *explendo* demum ipſius obedientiæ propoſitum præmium tribuitur. Ipſa, qua nunc frui debet (§. 83), beatitas cum ſalute cariſſimorum ipſi hominum conjuncta eſt (§. 87. b). Ipſe amatur (Jo. XVII. 23. 26. XIV. 21. 23. XVI. 27. III. 35. ſ. cf. §. 87. a) & honoratur (XII. 26. VIII. 50. ſ.), quum amici & cultores ipſius amantur atque honorantur. Ipſius merito (§. 91. 87) ſanctitatis ſtudioſi homi-

nes, etsi peccantes & imperfecti, Deo tamen accepti sunt (1 Jo. II. 1. s. Rom. VIII. 34. & 1 Petr. II. 5. cf. Ebr. XIII. 21. g). v. 15. h), opemque precibus confidenter petere possunt (cf. IV. 15. s. X. 19—22).

§. 96.

Neque vero Deus solum Jesu gratia (§. 95), sed *per Jesum* ipsum (§. 65) hominibus salutem tribuit. *Homo* (Jo. V. 27. Act. XVII. 31. *a*) Jesus eo consilio (Rom. XIV. 9. Col. I. 18. *b*) vitæ redditus est, ut *universitatis hominum* (Act. XVII. 31), & demortuorum & superstitum (Rom. XIV. 9. 2 Tim. IV. 1. Act. X. 42), *dominus* ac judex esset, quumque rerum humanarum administratio sine reliqui universi imperio cohærere non possit, *cum rebus humanis etiam* (Eph. I. 20 — 22. Col. I. 18. *c*) *universi regimen*, etiam (§. 49) civitas angelorum (Matth. XIII. 41. XXIV. 31. 2 Thess. I. 7. 1 Petr. III. 22. cf. Ebr. I. 14. k). per Jesum (Eph. I. 10. *d*) administratur (§. 78).

a) v. supra §. 65. d).

b) Diss. I. in ep. ad Col. not. 33. 30.

c) l. c. not. 29. s.

d) Diss. de sensu vocis πλήρωμα p. 11. s.

§. 97.

Eos igitur, qui non ipsi officiunt saluti suæ (§. 67—69. 71. f.), potentissimus Servator, ubi moriuntur, beatis sedibus recipit (2 Tim. IV. 18. §. 65), quarum incolis, sive ab ipso homine Jesu sive ante eum (§. 65. d) recepti fuerint, hujus maxime beatissimi hominis præsentia (§. 83) multimodam voluptatem & ingentia beneficia affert (Jo. XVII. 24. 2 Cor. V. 8. cf. Apoc. VII. 17 & §. 62. e). Idem, corporibus suorum a morte vindicandis (Rom. VIII. 23. 1 Cor. XV. 21—26) & universa *a*), quam cum resurrectione conjungi vidimus (§. 61. 65. c), rerum humanarum mutatione facienda, servatorem se suis præstabit (Phil. III. 20. f. Eph. IV. 30. cf. Ebr. IX. 28), & novam quoque illam civitatis suæ faciem sui moderaminis perpetua (§. 94) luce illustrabit (Jo. XIV. 3. 1 Thess. IV. 17. cf. Ap. XXI. 22, f. XXII. 3. §. 62).

a) Ipsum *judicium* persona *servatoris* dignum est non ex ea tantum parte, quatenus multis salutare (§. 65. c) ac honorificum (§. 65. d) est, sed hactenus etiam, quoad vel animadversio in impios tum ad *hos ipsos* beandos (§. 65. d) ardorem in judice, impeditionem eorum, qui suis ipsi commodis & judicis desiderio obstabant, ægre ferente (Luc.

XIV. 21. cf. Ebr. II. 3. §. 67), tum vero studium judicis erga *reliquos* declarat, qui vel ab istis susque deque, imo male habiti fuissent (Matth. XXV. 41. ss. 2 Thess. I. 6. ss. cf. Luc. XVIII. 7. f.), vel perfecta saltem felicitate gaudere non possent, nisi a pravis hancque ipsam ob caussam molestis hominibus dissociati fuissent (Matth. XIII. 41—43. §. 58. c).

§. 98.

Sed cura Jesu etiam in hoc versatur, ut homines saluti, cujus dator est in altera vita (§. 97), dum hanc mortalem degunt, praeparet eoque perducat (Act. V. 31. cf. Ebr. II. 10), ut conspicuis, quae in beatos ab ipso proficiscuntur, beneficiis deinceps frui possint. Id ita esse, eorum inprimis exemplo patet, *quibus doctrina Christi innotescit.* Quamquam enim *communis* Servatoris (1 Jo. II. 2. 1 Tim. II. 5. 6. §. 66. 92. d) cura etiam in ceteros derivatur, ejus tamen ratio nobis fere incognita est (§. 71), nec miramur, christianam doctrinam de ea potius providentia Servatoris exponere (Sect. II.), qua juventur *ii ipsi, cum quibus agit* doctrina christiana, h. e. auditores hujus doctrinae & lectores.

LIBRI

LIBRI QUARTI
PARTIS SECUNDAE
CAPITIS POSTERIORIS
SECTIO ALTERA

DE CURA, QUAM SERVATOR, IAM DOMINUS, NOMINATIM CONFERT IN ECCLESIAM.

§. 99.

Universa summa (1 Cor. I. 2. Jo. X. 16. 1 Cor. XII. 12. ss. Rom. XII. 4 s. Eph. IV. 4—6) hominum, qui christianam disciplinam sequuntur *a*) quive in eam traditi sunt *b*), Dei (1 Cor. X. 32. XV. 9. XI. 22. 16. I. 2. 1 Tim. III. 5) & (2 Thess. I. 1. 1 Thess. I. 1. II. 14. *c*) Christi (Matth. XVI. 18. Eph. III. 21. V. 23. ss.) *ecclesia* dicitur (1 Cor. XI. 28. Eph. I. 22. III. 10. Phil. III. 6), hoc est *d*), populus, seu familia Dei & Christi (Act. XV. 14—17. 1 Petr. II. 9. s. I. 14—16. Tit. II. 14. 1 Tim. III. 15. cf. Ebr. III. 2. 3. 6. *e*), quae Christum, sicque (§. 78. c). 75. a) Deum, ut dominum suum veneratur (Joh. X. 12. 14. 27. 3—12. Eph. V. 24. Col. II. 19. 1 Cor. I. 2. §. 42. h), ejusdemque singulari (§. 98) providentia *f*) juvatur atque administratur

(Joh. X. 12 — 14. 27. f. Matth. XVI. 18. XXVIII. 20. g). Eph. I. 22. f. IV. 15. f. V. 23. 29 — 32. Col. II. 19).

a) uno verbo (§. 71. a), qui funt κλητοι (1 Cor. I. 2), quive apoftolorum ætate nec Judæis nec paganis adnumerari poterant (X. 32). Ceterum ecclefia inde ab initio (§. 104. f.) plures focios complexa eft, qui chriftianam difciplinam *tenuiter admodum* fequerentur. Sed hi tamen Ipfi *debebant* (§. 106. a) effe obfequiofiores in chriftianam difciplinam, & fingulari providentia Chrifti (not. f) reguntur (§. 103. 116. 114 h) hoc ipfo confilio (§ 74. a) 105), ut præparati poffint (§. 98) *beatitati*, qua perfecta, pura (Eph. 5. 27. Matth. XIII. 41 — 43) atque adulta (Eph. IV. 13.) ecclefia olim fruetur. *Ex instituto ecclefiae* etiam minus genuini ac laudabiles focii, quorum admiffio juftis de cauffis toleratur (§. 104. f.) *debebant ac poterant*, ficut veriores Chriftiani obfequi & beatitatem omnibus propofitam re ipfa adipifci. Veriores Chriftiani, qui *vel funt vel fient* tales, funt principalis pars ecclefiæ, ex qua fpectanda & æftimanda eft ecclefia, & cujus gratia (§. 104. e) etiam ceteri focii tolerantur, quos, quamvis *nec fiant* genuini focii, nunc certe difcernere ecclefia non poteft ab iis, qui, quamvis futuri tandem meliores, in præfentia certe *non* magis *funt* veri Chriftiani, quam ifti.

(§. b) cf. §. 112. c). Etiam (cf. not. d) e) veteri populo Dei adnumerabantur *parvuli*. Gen. XVII. 10 — 14.

c) v. ad Phil. I, 1. a). Similiter Jud. 1. christiani (κλητοι not. a) dicuntur *Deo patri* (cf. ἐν 1 Cor. I. 2. not. e) esse consecrati & *Jesu Christo* servari, aut (Diss. I. in LL. N. T. hist. p. 89) pergere ejus esse, uno verbo, populus *Deo Patri* & *Jesu Christo* sacer vocantur.

d) Eodem nomine ἐκκλησιας (קהל) κυριε etiam vetus Dei populus Deut. XXIII. 2. s. 8. appellatur (cf. *Eckermanni* Theol. Beytr. T. II. P. I. p. 57. f.), unde novus Dei populus ortus est (Luc. XXIV. 47. Rom. XI. 12—24. cf. XV. 27). Quare christianorum ecclesiae, h. e. novo populo Dei, ex Israëlitarum veteri ac probiore (IX. 6. II. 28. f.) parte & paganorum accessione (Eph. II. 19) collecto, ipsum etiam vetus nomen *Israëlitarum* haesit (Luc. I. 32. f. Act. XV. 16. Phil. III. 3. Rom. IV. 11. 12. 16. Gal. III. 29). cf. Diss. de notione regni coelestis §. VI.

e) Etiam antiquo Dei populo, qui stirps & origo novi erat (Rom. XI. 17. ss. Act. XV. 16), & Act. XV. 16. 1 Petr. I. 16. Ebr. III. 2—5. clare respicitur, eadem nomina imponuntur. cf. 2 Par. VII. 14. cum Act. XV. 17. 14. Ex. XIX. 6. cum 1 Petr. II. 9. Formula οἴκου (1 Tim. III. 15. Ebr. III. 2—4. 6) κυριε hebraice קהל יהוה Deut. XXIII. 1. in codice Alex. respondet, quamquam Vaticanus etiam (cf. not. d) hoc versiculo ΕΚΚΛΗΣΙΑΝ κυριε habet. cf. Ebr. III. 2 1). Eodem spectat nomen ἁγιων, quod, ut veteri populo Dei (Ex. XIX. 6. Deut. VII. 6. XIV. 2. cf. Diss. I. in ep. ad Col. not. 42), ita (1 Petr. II. 9) ecclesiae ponitur (2 Cor. I. 1. 1 Cor. XIV. 33. VI. 1. coll. v. 4), tanquam populo, qui Deo sacer sit &

Christo (πεπληρωμενοι εν χειρι I. 2. cf. Notit. hist. ep. ad Cor. interpr. serv. not. 1).

f) Ad *singularem* (cf. υπερ παντα Eph. I. 22. & Diss. I. in ep. ad Col. not. 29) hanc providentiam respectus habetur, quum populi Dei, seu (cf. not. d) *ecclesiae curatio*, quae non est nisi pars (§. 96) administrationis Christi, *imperium* (Luc. I. 32. f.), *ecclesia* vero *civitas* & *provincia* (Col. I. 13. Act. XV. 16) Christi, a Davide oriundi, ΚΑΤ' ΕΞΟΧΗΝ appellatur (v. Diss. de notione regni coelestis p. 31. ss. 27. n. 77), quemadmodum (Matth. XXI. 43) veteris populi Dei gubernatio *singularis*, quam divini imperii procuratio tanquam generi subjectam partem amplectebatur (v. *Hessii* Bibl. der h. Gesch. P. II. n. I.), κατ' εξοχην *divini regni* nomen invenit. Eodem pertinet, quod ecclesia vocatur *corpus*, & (2 Cor. XI. 2. Joh. III. 29) sponsa (conjux) Christi. cf. ad Col. I. 18. not. 29.

g) Illud υμων ad universitatem eorum, qui docturi aut docendi essent tenere praecepta Christi, sive ad omnes familiae christianae, etiam novissimas (εως της συντελειας του αιωνος) aetates pertinet. Similiter Deuteronomium *secunda persona* creberrime utitur in eam sententiam, ut sermo ad universam gentem judaicam, ejusque varias aetates pertineat. v. e. c. Deut. IV. 25. ss. XXX. cf. Diss. de sensu historico not. 183.

§. 100.

Hujus providentiae illustria *a*) documenta in ipso statim ecclesiae christianae principio

extabant. Chriftus enim doctrinæ, per quam (§. 102) cultores fibi conciliat (Matth. XIII. 37. f. Jo. X. 16), auctor & propagator (Act. XXVI. 23. Eph. II. 17. 2 Tim. I. 10) non eatenus tantum eft, quoad doctrinam, ab ipfo principe traditam (§. 85), per apoftolos ab ipfo inftitutos, tanquam per legatos (Joh. XVII, 18. XX. 21. Act. XXVI. 17. 2 Cor. V. 20) atque miniftros fuos (Matth. XXIII. 10. Joh. XIII. 13. 2 Cor. IV. 5. 1 Cor. III. 5. IV. 1. Act. IX. 15), rationem ipfi redditurос (Luc. XII. 41—46. XIX. 15. Matth. XXV. 14. fs. 1 Cor. IV. 2—5. 2 Cor. V. 10. f.), voluit ac juffit propagari (§. 9. 10), fed eatenus quoque, ut apoftolos (Jo. XVI. 7. XIV. 26. Luc. XXI. 15. Act. XXVI. 16. §. 9. 10) & alios quoque *b*), extraordinaria vi ac facultate docendi ornaverit (Eph. IV. 7—11), & doctrinam tradendam miraculis *c*) confirmaverit (Jo. XIV. 13. f. Act. IV. 7—10. III. 6. IX. 34. XVI. 18. cf. Rom. XV. 18. f.).

a) v. Diff. de notione regni coeleftis p. 31.

b) v. Neues Repert. für bibl. u. morgenl. Litterat. P. III. p. 325—338.

c) v. fupra §. 10. m), & Nov. Repertor. l. c. p. 339. fs.

§. 101.

Ipsa religionis christianae natura (Jo. XIII. 34 s. Eph. IV. 3—6. 16. V. 19. Col. III. 16. Matth. V. 13—16. X. 32. s. Marc. VIII. 38. *a*) primos christianos perduxit ad *conjunctionem* inter se ac *societatem*. Quae cum inter vicinos maxime coli & vigere posset, ortae sunt certarum regionum *ecclesiae particulares* (Act. II. 41—47. VIII. 1. 1 Thess. II. 14. Gal. I. 22. 1 Cor. I. 2. IV. 17. XI. 16. XVI. 1. 19), eaque instituta apostoli divinitus (Matth. XVI. 19) probarunt atque rexerunt (Act. II. 38—42. IV. 32—35. VI. 2—4. XV. 22. 41. XVI. 4. s. XIX. 9. 1 Cor. VII. 17. 2 Cor. XI. 28. cf. Ebr. X. 24. s.).

a) v. *Reinhardi* System der christl. Moral §. 306. 311. 313. cf. etiam infra §. 108.

§. 102.

Cum religio christiana de sententia Domini in his terris *ad suprema usque tempora* (Matth. XIII. 30. 39—43. 47—49. XXVIII. 20. §. 99. g) conservari atque propagari (XIII. 31—33) debeat *docendo* (XXVIII. 20. Jo. XVII. 20. Luc. VIII. 11. Matth. IX. 37. ss. Eph. IV. 12. 1 Petr. I. 23. ss. II. 2), consilio domini (Eph. IV. 11. s. & Act. XX. 28) paruerunt apo-

stoli, quum & universe voluerunt (2 Tim. II. 2. Eph. IV. 11. 12), uti a primis doctoribus ad *munus docendi* posthac obeundum alii praeparentur, idque institutum *deinceps teneretur* (v. 12. 13. *a*), & nominatim singularibus ecclesiis (§. 101) suos cuique doctores praefectos voluerunt (Act. XX. 17. coll 28. XIV. 23. Tit. I. 5. 1 Tim. III. 1—5. V. 17. 1 Thess. V. 12. f. Gal. VI. 6. 7. cf. Ebr. XIII. 17).

a) v. Diss. de sensu vocis πλήρωμα p. 15.

§. 103.

Per haec (§. 101. f.) instituta christianae doctrinae conservationi & propagationi ita provisum est, ut singulares illos (§. 100) & conspicuos providentiae Christi actus, quibus ad societates ecclesiasticas constituendas (Act. II. 6—43. IV. 4. coll. III. 10. ss. IV. 29. f. V. 11—16. VIII. 6—17. XIV. 3. XIX. 10—20. cf. Rom. XV. 18. f.) & doctorum successiones instituendas (Eph. IV. 11. f.) opus fuerat, perpetuo ac sine intermissione continuari necesse non esset, sed doctrina christiana per se ipsa (Marc. IV. 27. f.) pedetentim (Matth. XIII. 32. f.), ne sentientibus quidem christianae religionis doctoribus atque exemplis (Marc. IV. 27.), progressus facere posset (§. 105 —

107). Neque tamen propterea *a*) Dominus ecclesiam suam (Eph. V. 29) hodie (Matth. XXVIII. 20. §. 99. g) sibi soli relinquit, sed opus suum intrinsecus in animis hominum peragit (§. 114. f.), & pro suo imperio in omnia (v. 18. §. 96) etiam res externas (1 Cor. III. 21—23. Rom. VIII. 28. ss. §. 74. a), etiam eas, quæ contra rem ecclesiæ venire videntur (v. 17. ss. 35. f.), accommodate ad salutem ecclesiæ moderatur (§. 104).

a) Ut αὐτομάτη illud Marc. IV. 28. non excludit vim tempestatis & similia (cf. *Michaelis* Dogm. p. 241), sed hoc tantum dicit, in ipso semine, quod terra gremio exceperit, inesse vim (v. 27), ad procreandam rem, quæ ex semine progignatur (v. 29), valentem plurimum, & fingentem, quæ spargentes semina homines omni studio suo efficere & initio vel animadvertere nequeant (v. 27); ita parabolæ ἀποδόσις doctrinæ divinæ, hujus mundi solo mandatæ, vim propriam tribuit, quæ, non animadvertentibus aliis, sensim in animis hominum, doctrinam sparsam concipientibus comprehendentibusque, per se ipsa efficiat salutarem mutationem, neque tamen ideo negat, effectus illos divina providentia varie (§. 115) juvari cf. 1 Cor. III. 6. f.

§. 104.

Quamquam enim complura tum domestica (§. 105) tum externa mala infestant ecclesiam,

ea tamen neque infirmitatis Domini neque etiam negligentiæ argumenta sunt. Namque iisdem malis etiam tum urgebatur ecclesia, quum *conspicua* potentia eam juvaret Dominus (§. 100), & ejusmodi quoque exempla nominatim ederet (Act. XIII. 8—11. V. 19. f. XII. 6. ss. V. 1—11. 1 Cor. XI. 30—32. 1 Jo. V. 16. cf. Jac. V. 15. *a*), unde intelligi liceret, valere ipsum (Act. XVIII. 10. 1 Cor. V. 3—5. X. 22. 2 Cor. XIII. 2—10. *b*) ad comprimendos hostium conatus & eluendas maculas ecclesiæ. Quod si vero *in his terris* (Matth. XIII. 38) ecclesia condi & ad finem mundi (v. 39. XXVIII. 20), h. e. quam diu res *humanae* erunt (§. 61. e), conservari & *amplificari* (XIII. 31—33. Eph. IV. 12. 16), itaque hominum, qui *hostes*, *pestes*, *labes atque onera* (1 Thess. II. 14. f. 2 Thess. I. 4. 6. 1 Cor. XVI. 9. 1 Jo. II. 18 - 26. *c*) IV. 1—6. 1 Cor. III. 17. Gal. V. 9. f. 15. 2 Cor. XII. 20. f. Eph. IV. 25 — V 18. 1 Thess. V. 14. 2 Thess. III. 11—15. 1 Tim. III. 3—5. 8. 10. V. 11—15. 2 :. Tit. I. 6. f. II. 3—5. 10. 15) ecclesiæ (Matth. XIII. 41) ante fuerant, accessione & emendatione (Gal. I. 13. ss. Eph. II. Tit. III. 3. 1 Petr. II. 12. III. 1. 2. 2 Tim. II. 25. f. 2 Cor. XIII. 10) augeri debet; nec mors cum uni-

versa fragilitate humana exulare *d*), nec reliqui (cf. 1 Cor. XV. 26) adversarii & impedimenta, quae tranquillitati christianorum opponuntur, continuo tolli possunt *e*). Sed tollentur certe suo tempore (1 Cor. XV. 26. Matth. XIII. 40—43. 49. f. 2 Thess. I. 5—10. Eph. V. 27. §. 61. 97. a), h. e. tum, quum consilia Domini *f*) patientur ea tolli, omnibusque adversariis superstes Christus regnabit (Luc. XIX. 14. coll. 27. Matth. XXII. 48. f. Act. II. 34—36. 1 Cor. XV. 25. cf. Ebr. X. 13. g). Sed & inter medios adversarios regnat (Ps. CX. 2. *h*), eorumque vim, quoad opus est, coërcet *i*) aut consilia prava in ipsam rem ecclesiae *k*) & christianorum singulorum *l*) convertit.

a) v. Nov. Repert. l. c. p. 317. ss.

b) v. Notit. hist. epp. ad Cor. interpret. servientes not. 181. 43. p. 21. f.

c) Diss. de notione regni coelestis not. 103.

d) Neque enim veri christiani, si mortales esse desinerent, *his in terris* versari & lucere (Phil. II. 15. f. Matth. V. 16. cf. Ebr. X. 25. p). XII. 15. y) inter mortales possent. cf. §. 65. c).

e) Etenim tollendi essent una (Matth. XIII. 29. f. 39—42), qui, quamvis *nunc improbi*, postea tamen ornaturi essent ecclesiam. cf. § 24. c).

f) Per ipſam ſuam magnitudinem (cf. Diſſ. cit. p. 31) ſecurus eſſe poteſt Chriſtus de adverſariis, quamvis propter certa & gravia conſilia (not. d). e) eos non continuo ſub poteſtatem ſuam penitus deprimat (cf. Ebr. II. 8. 9. o).

g) Diſſ. cit. p. 19. ſs.

h) cf. Ebr. V. 5. k).

i) Imperii Chriſti (§. 96) non extraordinariae tantum, de quibus ſupra (not. a) diximus, ſed alias quoque functiones huc ſpectare poſſe, occaſu reip. judaicae atque interitu patet, quem praedicta (Matth. XXIII. 34. ſs. 1 Theſſ. II. 15. ſ.) oſtendunt (§. 39. e) certo Chriſti (Matth. XVI. 28. X. 23. cf. Diſſ. cit. p. 10. ſ. Neue Apol. der Offenb. Joh. p. 336. ſ.) conſilio reſpondiſſe. Et hoc ipſum excidium debebat eſſe argumento, Chriſtum, quamvis non extemplo defendentem ſuos (και μακροθυμεντα επ' αυτοις Luc. XVIII. 7. cf. Jac. V. 7. not. 189), neque illico animadvertentem in adverſarios pravosque homines, obſervare tamen omnia & juſto tempore conſiliis hoſtium per converſiones πολιτικας aliisque modis occurrere (Apol. der Off. p. 308—334).

k) Exemplo ſint res chriſtianorum in Actibus apoſtolicis narratae, ut VIII. 1. coll. v. 4—40. & XI. 19—26. XXI. 27—XXVIII. coll. XXIII. 11. & Phil. I. 12—14. Adde 2 Cor. IV. 8—15. XII. 9. (Notit. hiſt. epp. ad Cor. interpr. ſerv. p. 76. ſ. 80).

l) v. 1 Petr. I. 6. ſ. III. 14. IV. 12 ſs. 2 Tim. II. 11. ſ. (§. 23).

§. 105.

Cum initio ſtatim fieri potuerit, ut complures, quamvis doctrinæ Chriſti vero & legitimo ſtudio (Matth. XIII. 23) haudquaquam tenerentur, eidem tamen qualemcunque (v. 19—22) operam darent, & familiarium forte ac neceſſariorum exemplo, miraculorum admiratione aliave cauſſa ducti in diſcipulis Chriſti nomen profiterentur (Jo. II. 23. ſs. VI. 70. f. Act. VIII. 13. coll. v. 21—23), imo ut verorum quoque chriſtianorum liberi certe, quamvis educati in chriſtiana diſciplina (Eph. VI. 4. §. 112. b), non continuo parentum ſimiles evaderent; tum maxime iis temporibus, quibus chriſtianum nomen plus adjumenti utilitatisque cœpit habere, quam incommodi, numerus chriſtianorum, nomine ſuo indignorum (Jo. II. 23. coll. VI. 64. 1 Jo. II. 19. cf. Rom. IX. 6. II. 28. f.), non potuit non augeri. Sed hæc admiſtio malorum (Matth. XIII. 27—30. 38—43. XXII. 10—14. 2 Tim. II. 19. 20) ab eccleſiaſtica ſocietate meliores a) arcere non debet, cum præſidia, quæ ſocietas eccleſiaſtica ad virtutem & beatitatem chriſtianam comparat (1 Petr. II. 2. Eph. IV. 12. 15. f. Col. II. 2. not. 6), cf. Ebr. X. 24. 25. o), tametſi contemnantur ab aliis

aut minus recte ac fideliter usurpentur (Matth. XIII. 19—22. Luc. XIX. 20. ss.), ab ipsis certe rectius, & in salutem propriam collocari possint (Matth. XIII 23. Luc. XIX. 16—19), verosque cultores (2 Tim. II. 22) ecclesiæ Dominus a ceteris, qui christianam disciplinam minus religiose sequuntur ab eaque multis partibus degenerant, facile internoscat (v. 19. cf. Apoc. I. 18. 20. II. 2. f. 9. 13. 19. 23—25. III. 4. *b*), cum denique meliores christiani, etiam numero inferiores (cf. III. 4. 2), non cavere tantum sibi possint (2 Tim. II. 21), ne contagio reliquorum ipsis obsit *c*), sed ipsi potius ad christianam pietatem ceteris (§. 104. e) adjumento esse possint ac debeant (§. 104. d). Ecclesia (v. 19 f. coll. 1 Tim. III. 15) in hac vita *d*) non ex meris Christi idoneis cultoribus, sed ex eo etiam genere christianorum (ονομαζοντων το ονομα κυριου, cf. Matth. VII. 21) constat, qui demum adducendi sint ad desistendum ab improbitate (2 Tim. II. 19), *verorum* igitur christianorum non modo collegium, sed & *seminarium* est.

a) Ut quisque optimus est, ita maxime memor est tolerantiæ, qua ipse opus habuit & habet etiamnum (Tit. III. 3—5. Phil. III. 12 f. Gal. VI. 4. f., §. 24. c), eoque sensu perfusus tanto humanius fe-

ret aliorum vitia (Tit. III. 2. f. Gal. VI. 1—4. 1 Cor. XIII. 4. 7. cf. Notit. hist. epp. ad Cor. int. servientes not. 57).

b) Neue Apol. der Offenb. p. 312. f.

c) Hoc non obstante, σκανδαλα, quamvis nequeant omnino caveri (Luc. XVII. 1), saltem imminuenda sunt (1 Cor. V. 6. cf. Ap. II. 6. 14. f. 20), quoad ejus fieri potest. Sed christiani singuli curare debent ad providere, ne arrogando sibi, quae ecclesiae (1 Cor. V. 4. 13. 2 Cor. II. 6. cf. Notit. cit. p. 91), non singulorum, sunt, violandis igitur ecclesiae institutis, ipsi peccent (1 Cor. XIV. 33. 40. XI. 16), neve ea, quae per se integra sunt privatis (1 Thess. V. 14. 2 Thess. III. 14. f. 1 Cor. V. 9—11) intempestive aut importune faciant (Matth. VII. 6. Eph. V. 16. Col. IV. 5. f.) aut minus apte cum *civilibus* rationibus, quae hodie (§. 107. a) *ecclesiasticis* ita implicatae sunt, ut non omnia liceat metiri exemplo vetustarum ecclesiarum, quae suas res sibi habebant & in sinu gremioque suo multa privatim ita gerere poterant, ut nihil in iis esset contra civilem hominis, de quo agebatur, rem aut existimationem. Sed & ipsa ecclesia malis ita occurrere & obsistere, omninoque tam apte ad tempus moderari omnia debet (2 Cor. II. 5—11. cf. Notit. cit. p. 94. ss.), ut consilia ne importent ecclesiae, cujus rationibus prospicere debebant (2 Cor. X. 8. XIII. 10. cf. l. c. p. 21), graviora mala.

d) Succedet vero ejusdem ecclesiae alia facies & conditio, ubi non amplius erit seminarium, sed pura societas (§. 104. 97. a) amicorum Christi adultorum (Eph. IV. 13. cf. §. 99. a).

§. 106.

Quando christiana religio conservatur atque propagatur *docendo* (§. 102), particularis ecclesiae cujusque veritas major ve aut minor convenientia cum christianae ecclesiae notione *a*) inprimis etiam judicanda est *doctrinae*, *quam profitetur*, majore vel minore (1 Cor. I. I. 10. ss.) consensu cum doctrina domini ecclesiae, h. e. cum doctrina (§. 6) Christi & (§. 9 — 11. 111. a) apostolorum (Matth. XXVIII. 19. f. Jo. XVII. 20. Col. II. a. f. 6 — 10. Eph. II. 20. Gal. I. 7 — 9. V. 7 — 10. Tit. I. 13. f.)

a) Ecclesia quaeque tanto dignior est christianae ecclesiae nomine, quanto perfectius obedit Christo ejusque disciplinam sequitur (Eph. V. 24. 1 Cor. III. 11. §. 99). Sed obediet eo perfectius, quo accuratius a Christo ejusque doctrina pendet in *statuendo* de religione *vivendoque*. (Col. II. 6—10). cf *Niemeyeri* popul. u. prakt. Theol. p. 857. Jam fieri quidem potest, ut in ecclesia quadam, cujus *forma doctrinae* exquisitius cum doctrina Christi consentit genus hominum, quorum vita etiam consentiat cum voluntate Christi, multo sit rarius, quam in alia ecclesia, cujus doctrinae similitudo ad christianae doctrinae propositum exemplar ex multis partibus deficit. Nam hujus etiam ecclesiae socii ea, saltem, quae superest, veritate ad pietatem & salutem uti, ejusque beneficio errorum, quos suxerunt, vim noxiam minuere, aut falsas opiniones memoria potius

tenere, quam attendere. intelligere & sequi, aut cum ecclesiæ publica doctrina variis rebus dissidere possunt. Neque enim propterea continuo necesse est secedere & secernere se ab ecclesia, dummodo ne cogat in his rebus mentiri, sed dissensum, ubi innotescit, ferat, ut par est (Rom. XIV. 1—XV. 3. 1 Cor. VIII. 7. ss. cf. *Michaelis* Dogmatik p. 678. 681—683. & *Schwabii* Diss. de jure Protestantium examinandi rel. suam §. 40—43). Quamquam vero ecclesiæ, quæ æstimata ex doctrina publica minus probari potest, probabiles, quos diximus, socii domino ecclesiæ multo clariores sunt (cf. Luc. XIII. 29 s. Act. X. 34. s.) prioris illius ecclesiæ infidis sociis, qui hac ipsa de caussa graviore poena tenentur (Luc. XII. 47. s. XIII. 26—28. Matth. VII. 21—23. 26. s. cf. Rom. II. 5. 9. 13), quod ecclesiæ suæ doctrina, quamvis puriore, tamen neglexerunt uti ad salutem suam; ipsum certe institutum ecclesiæ, quæ puriorem doctrinam profitetur, *per se spectatum*, præstabilius est, quod sua natura appositius est ad eos, qui opportunitate uti velint, ad christianam mentem perfectius informandos & (§. 63. c) in beatitatis majus fastigium evehendos. Ut justa fiat comparatio, ecclesiæ, cujus doctrina purior est, *fideles* socii cum alterius ecclesiæ melioribus sociis conferendi, & ex altera quidem parte sejungenda sunt bona singulorum, quæ non tam convenientiæ sensuum suorum cum recepta doctrina, quam discrepantiæ accepta referunt.

§. 107.

Quod si refert tantopere id ipsum, ecclesiæ

siæ christianæ doctrinam cum doctrina Christi congruere, quælibet societas ecclesiastica *a*) curare *b*) debet, ut *ii* inprimis, *quorum est* (§. 102) *docere*, minimum *c*) doceant convenienter doctrinæ Christi (Tit. I. 9. 1 Tim. IV. 6. VI. 3. s. 2 Tim. I. 13. s.).

a) Fluit ex ipsa natura societatis, ut res, ad ecclesiæ cujuslibet commune pertinentes, sint curationis *ecclesiae*, quod & ipsi apostoli agnoverunt (Act. VI. 2—6. 1 Cor. V. 2. 13. 2 Cor. I. 24. cf. Notit. hist. epp. ad Cor. int. serv. p. 94—96. 105. s.), quamvis a Domino ecclesiæ peculiare mandatum ex eoque propriam in rebus ecclesiæ administrandis auctoritatem haberent (Matth. XVI. 19. Joh. XX. 23. 1 Cor. V. 4. 2 Cor. X. 8. s. XIII. 10. II. 9. X. 6. cf. §. 9. f). *Mori* Epit. theol. christ. p. 288. Notit. cit. p. 96. 21. f). Sed liberum erat ecclesiis, illam curationem suam ejusve partem, re ac necessitate jubente, *committere* (Tit. I. 5) *certis* christianis, & in societate, quæ simul ecclesia, simul *civitas* esset, nominatim *magistratui* christiano (cf. b. *Sartorii* Comp. Theol. §. 617), cui *ut magistratui* jamjam fuerat jus videndi, ne instituta ecclesiæ (secus, quam vult doctrina christiana 1 Petr. II. 12—17. IV. 15. Rom. XIII. 1—10. cf. Diss. de sensu vocis πληρωμα p. 34. s.: contra rem publicam [illegible]nt aut civili potestati sua eripiant.

b) Hujus curationis est videre, [illegible] fieri potest per candidatorum copia [illegible] imperfectas (§. 104. f.) res, doctoi [illegible]

ctrinae Christi tenaces ejusque tum tradendae tum defendendae periti (Tit. I. 5. 9. 1 Tim. III. 2. 2 Tim. II. 4. 2. Tit. II. 8. cf. Diss. in epp. Paulli min. aliquot loca p. 53. ss.), ut coetum ipsis commissum a veritate christiana abducentes huicque contraria docentes, quum explorata fuerit accusatio 1 Tim. V. 19), moneantur, ne recedant in institutione sua a veritate christiana (I. 3), tandem vero, si errantes, quamvis comiter iis patienterque via monstrata fuerit (2 Tim. II. 24. ss.), tamen moveri nequeant de sententia, moveantur doctorum numero. Quamquam enim laudabilis est (§. 106. a) ecclesia, dissidentium ab ipsa sociorum tolerans, alia tamen est ratio (Gal. V. 12. coll. V. 10. I. 7. cf. Diss. de sensu vocis δικαιος p. 41. & Rom. XVI. 17) eorum, qui non satis habent tranquille sequi & privatorum nomine cum aliis modeste communicare (cf. *Schwabium* l. l. §. 45—48. 70 ss.) propria sua sensa, sed qui publicorum doctorum auctoritate valere cupiunt, ut suis auditoribus vel invitis ac indignantibus vel imprudentibus (cf. v. 18) fraudemque (Eph. IV. 14) non animadvertentibus pro ea, quam haec ecclesia veram existimat quamque expectat, longe aliam doctrinam ingerere vel supponere possint. Si dissentientibus ab ecclesia certa doctoribus licet sua opinione duci & receptam doctrinam improbare; quidni liceat ecclesiae certae suam pariter sententiam sequi ex eaque ab istius generis doctoribus abhorrere eorumque institutionem recusare? Concedimus, fieri posse, ut dissidentes rectius sentiant (2 Cor. VI. 8), idque fatemur eo valere debere, ut, quibus cura ecclesiae commissa est & qui pares

sunt investigationi, controversæ doctrinæ veritatem & momentum sine cupiditate expendant, & doctrinam, quamvis non receptam, si vera deprehendatur, agnoscant, si dubia, in medio relinquant & contrariæ, quamvis usitatæ, opinionis repetitionem a doctore diffidente non exigant. Sed, cum fieri non minus possit, ut, qui rectissime sibi videtur sentire aut æqualibus se magnopere venditat, christianæ ecclesiæ pestis sit (1 Cor. III. 17. ss.), propterea certe, quod sibi aliquis videtur lumen esse, ii, quibus cura ecclesiæ commissa est (not. a), non tenentur eamdem sententiam ferre, aut, cum secus judicant, falsis atque pestiferis, quas censent, opinionibus ecclesiæ suæ socios vel offendendos atque discruciandos vel imbuendos relinquere. Si quid cupide aut temere a judicibus actum est, cupiditatis & negligentiæ pœnam Deus repetet, eidemque, qui patiuntur injuriam, res suas commendare & confidere debent (cf. *Telleri* Zusäze zu seinem Wörterb. des N. T. in Præf. p. 22. f.). Sed omnium societatum jura omnia delerentur, si nulla essent ea jura, quibus per cupiditatem aut judicii perversitatem abuti sicque injuriam facere aliquis posset. Ergo etiam christianæ societati fas est *), rejicere doctorem, quem palmario societatis consilio repugnare censet, tametsi fieri potest, ut judicium ecclesiæ falsum sit, & repudiata institutio doctrinæ Christi, quam sequi consilium est ecclesiæ (§. 106), exquisitius congruat, quam recepta doctrinæ forma. Qui vero ipsam adeo auctoritatem Christi divinam repudiant, re igitur vera nec protestantes

ſunt, quorum notione præter humanæ auctoritatis recuſationem hoc maxime continetur, ut ſacras literas unicam, ſed hac ipſa de cauſſa *certiſſimam illam regulam* eſſe credant, ſecundum quam de omnibus tum doctrinis tum doctoribus judicare oporteat (cf. *Büſchingii* Allg. Anm. über die ſymb. Schriften §. 4. ſ. *Roſenmülleri* Beantw. der Frage: warum nennen wir uns Proteſtanten? Ueber Lehrvorträge und Schriften wider den Inhalt der ſymb. Bücher der Proteſtanten in Deutſchland. Ein Beitrag zur richtigen Erkl. der neueſten kaiſerl. Wahlkap. Art. 2. §. 8. von D. F. G. *Fleck.* Lipſ. 1795. p. 28. ſs), nec univerſe chriſtiani ſunt numerandi, cum chriſtianorum ſit *divinam Chriſti auctoritatem* venerari (§. 99. III. a). cf. Nachgel. Schriften von *Jeruſalem* P. I. p. 176. ſ.): iis quidem ſua opinione duci, &, ſi cœtus cujusdam doctores utique volunt eſſe, in iis civitatibus, quibus per pacta & conventa (cf. *Reinhardi* Syſt. der chriſtl. Moral §. 303) licet *non chriſtianorum* concilia tolerare, ejusmodi homines, qui tales magiſtros cupiant (2 Tim. IV. 3), quærere & colligere integrum eſt; ſed *ementito chriſtiani* & *proteſtantium* doctoris nomine abuti ad auctoritatem Chriſti & ſacrarum literarum cuniculis oppugnandam, & pro hoſtili opera, in rei chriſtianæ & proteſtantium fundamentis (1 Cor. III. 11. Eph. II. 20) labefactandis atque convellendis poſita, ſtipendium, quod eccleſiæ *chriſtianae* cuſtos & defenſor (Tit. I. 9) merere (1 Cor. IX. 7—11. 1 Tim. V. 17. ſ. Gal. VI. 6) debebat, ejusdem contemtor atque everſor bona fide accipere non poteſt, aliena *chriſtiani doctoris* perſona ferenda, ſuffurari, id profecto non

eft boni ac honefti viri. v. *Doederlein* Theol. Journal T. I. p. 131—163. *Michaelis* Dogmatik p. 679. 682. f. *Schwabium* l. l. §. 51. fs. *Koeppen* in libris: das Recht der Fürften, die Religionslehrer auf ein feftftehendes Symbol zu verpflichten, &: die Bibel ein Werk der göttl. Weisheit P. II. p. 586—624. Unfug fogenannter Aufklärer wider die neuen Preufsifchen Anordnungen in geiftl. Sachen gezeigt von *de Marees*. Berlin 1792.

*) Fac, focietatem, de qua quæritur, *Socinianam*, & doctorem diffentientem doctrinæ *de expiatione* defenforem effe. Annon cenfes, in fententiam, cujus triftem feveritatem accufant (cf. Neue Allg. deutfche Bibl. T. CVII. p. 450), hos ipfos tolerantiæ præcones ituros effe frequentiffimos?

e) Quum Chriftus velit ecclefiis præeffe doctores (§. 102), & acceptorum ipfi doctorum figna & notas oftenderit per (§. 9—11) apoftolos (1 Tim. III. 2—7. 2 Tim. II. 24. f. Tit. I. 5—9. 1 Petr. V. 2. f.), ii omnes doctores, in quibus notæ illæ apparent, ecclefiæ domino probantur, etiamfi non fint ab ipfo nominatim (§. 100) defignati, fed ab ecclefia, iisve, quibus hæc cura commiffa eft (not. a), legitime electi. Sed in illis notis præter facultatem docendi & doctrinæ puritatem (not. b) inprimis etiam *animi vitaeque conformatio ad doctrinam Chrifti* numeratur (Matth. V. 19. 1 Tim. III. 3—4. Tit. I 7. f.). Nam in exemplo doctoris magna vis eft in utramque partem (Matth. V. 13—16. 1 Tim. IV. 12. 16. Tit. II. 7. 1 Petr. V. 3), & animi doctorum integritas ac pietas ad ipfam quoque infti-

tutionis integritatem & præstantiam (ἐν τῃ διδασκα-λια) magno adjumento est (Tit. II, 7. cf. Diss. in epp. Paulli min. aliquot loca p. 54). Quamquam enim pietas per se sola non sufficit (not. b) *docto-ris* muneri bene & ad voluntatem Domini accommodate gerendo, tamen ii, qui sunt διδακτικοι, eo minus inducentur ad remittendum aliquid (Matth. V. 19. ss. VII. 16 — 20. cf. Diss. I. in LL. N. T. hist. aliquot loca p. 21. s.) de sanctitate præceptorum Christi, quo studiosiores ipsi sunt sanctimoniæ, omninoque veritatem christianam hoc religiosius tenebunt & æqualium, ab ea utcunque deflectentium, auribus hoc minus dabunt, quo amantiores ipsi veritatis quoque reverentiores sunt Christi, denique in studio veri cognoscendi ejusque tradendi via tanto majores progressus facient (1 Tim. IV. 15), quanto studiosiores sunt suæ & aliorum salutis (v. 16). Nam hoc ipsum studium ad omnes muneris partes eo diligentius obeundas novum, idque certissimum, momentum affert, quique ipsi doctrina christiana assidue utuntur, ad eamque sensus animi & facta sua componere student, dummodo sese ipsi diligenter observent, sua ipsorum experientia magistra, alios quoque præceptis ad christianam mentem vitamque tanto aptius & intelligentius poterunt informare. Quoniam vero in bonorum malorumque tanta permistione (§. 105) sperare aut expectare non licet, fore, ut proborum, eorumque διδακτικων, sufficiens copia suppeditet, aut meliores, cum suppetunt, ubique vel internoscantur (1 Tim. V. 24) vel præferantur, hoc quoque tenendum est, doctrinam christianam, quamvis a doctore, sanctitatis,

eoque ipſo (Matth. VII. 22. f. §. 121. f.) propriæ ſalutis ſuæ (1 Tim. IV. 16) juſto negligentiore, traditam, ſi modo *recte*, h. e. ipſa, nihil aliud, tradatur, ſua tamen ipſius virtute (§. 116) auditoribus, veri cupidis, prodeſſe (Phil. I. 15 — 18. Matth. IX. 36 — X. 4. Luc. IX. 1. f. coll. Jo. VI. 64. 70. f.), & officium eſſe (Matth. XXIII. 3) auditoris videre, non *quis* doceat, ſed *quid doceatur*.

§. 108.

Spectaſſe Chriſtum (§. 101), ut ipſius diſcipuli non deliteſcerent ac ſeorſum ſinguli viverent, ſed, quoad poſſent, cum aliis diſcipulis ſocietatem coirent, ex eo etiam intelligitur *a*), quod ſingulos ritu ſolemni in diſcipulorum ipſius numerum cooptari (Matth. XXVIII. 19. Eph. IV. 4. f.) & in ceterorum ordinem ſive in eccleſiam recipi (Act. II. 41. coll. v. 47) voluit, alterumque ſimul ritum ſolemnem (§. 113. b) inſtituit, quo conjunctionis illius perpetuitas & conſtantia juvari atque declarari poſſit (1 Cor. X. 17. 18. *b*).

a) v. *Michaelis* l. l. p. 602.

b) v §. 114. h). & *Moshemii* Comment. germ. in 1 Cor. p. 607. ſs. cf. *Works* über die Bundes- und Freundſchaftsſymbole der Morgenländer zur Erläuterung mehrerer bibl. Stellen 1792. 8. ed. 2. 1793. (Allg. Liter. Zeit. 1792. N. 301. col. 343. f.).

§. 109.

Etenim Christus discipulos suos omnes *a*) semel *b*), quum cooptantur (§. 108), jussit (Matth. XXVIII. 18. f. Eph. V. 26. *c*) cf. Marc. XVI. 16) *baptizari*, hoc est, aqua perfundi *d*) in honorem (§. 43. d) Patris, Filii & Spiritus Sancti (Matth. XXVIII. 19. §. 43. c).

a) Baptismus ad *ecclesiam universe* (Eph. V. 25. 27) pertinet (v. 26). sublato omni vel gentis vel conditionis vel sexus (Matth. XXVIII. 19. Gal.III. 27. f. Act. XVI. 15. VIII. 12) vel temporum discrimine. Quam diu in his terris est ecclesia, ergo ad finem mundi (Matth. XXVIII. 20. §. 99. g), ad quem usque etiam sacra coena celebranda est (1 Cor. XI. 26), inter praescripta Christi, quae docere & observare debet ecclesia (Matth. XXVIII. 20), hoc (v. 18. f.) nominatim tradi & observari oportet, ut discipuli Christi ante omnia baptizentur. (cf. *Eckermanni* Comp. Theol. p. 215. ed. 1). Quisquis igitur baptismum sciens ac volens respuit, is, contemnendo excellentissimi inter legatos Dei (Joh. III. 31), imo Domini (Matth. XXVIII. 18) praecepto, multo etiam gravius peccat (Jo. III. 32 — 36. cf. Ebr. II. 2. 3. XII. 25), quam qui simile praescriptum Dei (Joh. I. 33. cf. Luc. III. 2. f.) per Joannem, adspernati fuerunt (Matth. XXI. 25 — 32. Jo. III. 5. cf. Luc. VII. 30). Et qua tandem ratione baptismi, a Christo instituti, contemtor probare se Domino poterit, qui promulgationem Dei per Joan-

nem de baptismo, quamvis ipsi nequaquam necessario (Matth. III. 14), tamen, idque Deo approbante (v. 16. 17), colendam esse existimavit suo ipsius obsequio (v. 15)? Qui vero præceptum Christi de baptismo nulla sua culpa ignorat, in eum non cadit adspernatio baptismi, isque, tametsi non baptizatur, Christo tamen in hac parte nec fidem nec obsequium negat (§. 71. d).

b) Inde est, ut christiani, semel cooptati in ecclesiam, *baptizati fuisse* (Rom. VI. 3. s. Gal. III. 27. Col. II. 11. f. cf. Ebr. X. 22), non *baptizari* dicantur, quum contra de sacra cœna, quæ repetenda singulis & frequentanda est (1 Cor. XI. 25. f. Act. II. 42. coll. 1 Cor. X. 16.), tanquam de re *perpetua*, non ut de re *praeterita*, quæ, ubi semel peracta fuerit, non revertatur, sermo esse soleat (XI. 27. ss. X. 16. f. 21.). Neque obstat *pluralis* βαπτισμῶν Ebr. VI. 2. (Comment. in ep. ad Ebr. p. 96). De loco Act. XIX. 3—5. & de baptismi Joannei atque christiani convenientia ac differentia v. *Weismanni* Inst. Theol. exegetico-dogm. p. 854. & *Ernesti* Vindic. arbitr. div. in rel. constituenda §. 50—53.

c) v. Diss. de sensu vocis δικαιος not. 32. p. 8.

d) Quum discipulos *baptizari* jussit Dominus (Matth. XXVIII. 19), apostoli per ea, quæ antecesserant (Jo. I. 25. f. 28. 31. 33. IV. 1. f. coll. Matth. III. 6. 16. Jo. III. 23), nihil aliud intelligere potuerant, quam *immergendos* esse homines aqua, nec intellexerunt profecto aliud, nisi immersionem, ut sacrarum literarum testimonio (Act. VIII. 36. ss.

XVI. 13—15. Rom. VI. 4. Col. II. 12. 1 Petr. III. 21) & priscae ecclesiae usu (v. *Suiceri* Thes. eccles. voc. ἀναδύω, & *Binghami* Orig. eccl. L. XI. c. XI. Opp. Lond. 1726. Anglice editorum Vol. I. p. 521. ss.) patet, quo *immersio* ita recepta fuerat, ut seculo adhuc tertio vel *clinicorum* baptismus propterea, quod perageretur *affundenda* aqua, ab aliis omnino rejectus, ab aliis certe baptismo reliquorum, qui sani baptizati, h. e. aqua salutari non aegrorum more perfusi, aut adspersi, sed loti (Eph. V. 26. Tit. III. 5. 1 Petr. III. 21. cf. Ebr. X. 22) essent, longe posthabitus fuerit (v. *Cypriani* Ep. 69. ed. Brem. p. 185. ss. & *Cornelium*, Romanae ecclesiae episcopum, apud *Eusebium* L. VI. H. E. c. 43. p. 244. s.). Ceterum vetus consuetudo certe in iis, qui sani baptizabantur, etiam in occidentali ecclesia diu servata est, imo tum quoque, cum partim ex ecclesiis occidentalibus, immutato pristino more, affusionem universe introduxissent, non defuerunt aliae, quae veterem consuetudinem tenere aliquamdiu pergerent (v. *Forbesii* Instr. historico-theol. de doctrina christiana L. X. c. 5. §. 53. s. 56. s. Amstel. 1702. p. 467. s. *Danovii* Inst. theol. dogm. §. 277. p. 525. & *Mülleri* Neue Darstellung der christl. Glaubenslehre p. 271). Quae cum ita sint, id omnino dolendum est (cf. *Buddei* Inst. theol. dogm. p. 1444 — 1446), quod *Luthero* nostro optata, quae de immersionis usurpatione in baptismo deinceps administrando aeque, ac de calicis usu communi in sacra coena, optavit (v. Opp. Lips. 1729. T. XVII. p. 272. 536), ex altera duntaxat parte licuit perficere. Sed facile intelligitur, inter utramque

caussam hoc interfuisse (not. b), quod calice restituto *deinceps uti* laicis integrum erat, affusa autem aqua semel baptizatis, postmodo introducenda immersione, scrupulus injectus fuisset, ex plerorumque animis aegre evellendus, sive *improbata* novis exemplis affusione ipsi acquiescere, seu peccati, *iterando* baptismo committendi (not. b), periculum adire voluissent. Bene vero, quod priscae consuetudinis mutatio, quamvis perperam facta, rei tamen, a Christo spectatae, naturam non tollit. Neque enim summa rei consistit in lavatione corporis (1 Petr. III, 21), sed (v. 21. §. 110. a) in usu aquae (Act. X. 47. coll. XI. 16. Jo. III. 5. 1 Jo. V. 6. 8) solemni (§. 108) *ad honorem Patris, Filii & Spiritus sancti* (Matth. XXVIII. 19), quod ipsum etiam in affusione salvum retinetur atque integrum. Quod ex immersionis ritu similitudines duci possunt, quae in affusionis ritu pereunt, eo non aeque movemur, ut *Lutherus* l. l. p. 536. *Heilmannus* Comp. Theol. dogm. §. 356. *Michaelis* Dogm. p. 622. 632. & *Tellerus* Exc. II. ad *Burnetum* de fide & offic. christ. p. 256. f. Nam res ipsa, velut participatio mortis & reditus Christi in vitam, eique conjunctum beneficium atque officium, ex eo intelligitur (§. 110. f.), quod aguntur omnia *in honorem* Dei, nominatim *Filii*, sed rei certa *adumbratio* cum instituto baptismi necessariam conjunctionem non habet. Neque enim Christus immersione praescribenda hoc v. c. spectavit, ut *sepulturae* ac *resurrectionis* ipsius societas & communio *adumbraretur* & nominatim significaretur, cum haec imago (Rom. VI. 4. Col. II. 12) non retineatur constanter ut necessaria &

ſtata per auctorem baptismi, ſed commutetur cum aliis, ut comparatione modo cum ſupplicio merſorum in aqua diluvii (1 Petr. III. 21. cf. Comm. in ep. ad Hebr. p. 529. ſs.), modo cum ablutione (Act. XXII. 16) vel levitica (cf. Ebr. X. 22. cum IX. 10) vel alia (Eph. V. 26. f.). v. Diff. I. in ep. ad Col. not. 80. p. 30. Quare autem *immerſio* (βαπτισμα Matth. XXVIII. 19), unde omnes illæ imagines per translationem cuique ſcriptori liberam ſumtæ ſunt, proprie a Chriſto præſcriberetur, ea potius cauſſa fuiſſe videtur, quod primi, quos habiturus erat, diſcipuli cum univerſe, tum maxime Judæi, inter quos leviticæ lavationes (Ebr. IX. 10) & Joannis ipſiusque Jeſu (Joh. III. 22. ſ. IV. 1), neſcimus an proſelytorum quoque (cf. *Michaelis* l. c. §. 180. cum *Erneſti* l. c. §. 49. *Heilmanno* in Comp. dogm. p. 314. & auctore ſcripti: Ueber die Taufe Lipſ. 1802. p. 11. ſ. maxime p. 14. ſ. ubi antiquitas baptismi proſelytorum ex Joh I. 25. in dubium vocatur), baptismi ante viguerant, *lavationibus*, iisque religioſis, *jam aſſuefacti* eſſent (cf. *Seileri* Theol. dogmatico-polem. p. 582—584. ed. 2) quemadmodum ſacræ nominatim *cœnæ* inſtituendæ anſam *cœna* Judæorum paſchalis dedit (Marc. XIV. 12—26. Luc. XXII. 14—20). Quo magis ſperare audemus, Chriſtum, *ſi affuſio* aquæ ante ipſum *uſu* potius *recepta fuiſſet*, quam immerſio, nec illam præferre dubitaturum fuiſſe, neque igitur a Domino improbari poſſe eorum ſtudia, qui ad verbum ipſi obedire mallent, ſi res integra eſſet, illaque cauſſa, cujus momentum *Calvinus* quoque perſenſit (L. IV. Inſtitution. c. 15. §. 19. extr.), h. e. Do-

mini sui reverentia ducti immersionem ex animo præoptant, sed majorum, non sua culpa *introductam aspersionem* ideo (1 Cor. X. 32. s. Rom. XIV. 13. 15. 19. cf. XV. 1—3) mutare non audent, ut ne conturbentur ii, pro quibus Christum mortuum esse baptismus ipse loquitur (§. 110). cf. *Michaelis* l. l. §. 182. 178.

§. 110.

Dum Christus praescripsit, ut discipuli ipsius baptizarentur *in honorem Patris, Filii & Spiritus sancti*, Patrem, Filium & (§. 45) Spiritum sanctum voluit haberi *Deum baptizati* (§. 43. d). Ea voluntas habet *a*) declarationem tutelæ ac favoris, promissionemque beneficiorum Dei, &, quia Deus baptizati spectandus esse dicitur *ut Pater, Filius & Spiritus sanctus*, ea proprie beneficia promittit, quæ Christi doctrina *a Patre, Filio & Spiritu S.* expectari jubet. Nempe baptismus beneficio *b*) necessitudinis, qua cum *Christo* conjungit (Gal. III. 27), tum participationem mortis Christi (Rom. VI. 3. s. Col. II. 12) & pendentis ex ea (§. 89. ss.) veniæ peccati (v. 12. coll. v. 13. Act. II. 38. Tit. III. 5. 7. 1 Petr. III. 21. *c*) Eph. V. 25. s. cf. Ebr. X. 22. h), tum necessitudinem cum *Patre* Filii Dei ut patre baptizati Gal. III. 26. s. Tit. III. 5), unde

jus beatitatis sempiternæ (Tit. III. 7) manat *d*), tum denique necessitudinem cum *Spiritu sancto* ejusque salutari efficientia (v. 5. s. Act. II. 38) spondet. Uno verbo, promittitur baptizatis, &, nisi repugnent ipsi (§. 111), exhibetur (Tit. III. 5. 1 Petr. III. 21. cf. Marc. XVI. 16) salus, quam Patri, Filio & Spiritui S. acceptam referimus.

a) Qui jubetur baptismo initiari *Deo*, eove uti *Deo suo*, ei hoc ipso (cf. Ebr. XI. 16. f) jus addicitur expectandi a Deo tutelam ac beneficia. Unde 1 Petr. III. 21. baptismi vis sita esse dicitur in præstanda *fiducia Dei consulendi* (Comm. in ep. ad Hebr. p. 529. f). Idem illud jus declaratur quidem aliàs quoque in doctrina christiana, sed fiducia Dei singulariter adjuvari potest conjunctione promissi cum *re in facto posita*, quæ ad unumquemque *nominatim* pertineat (cf. *Reichardi* Init. doctr. Christ. P. II. c. III. §. 65. p. 117. ed. 2), & cogitatio *baptismi* tanquam eventus, certo loco ac tempore sub humanos sensus subjecti, etiam annexi promissi cogitationem *vividiorem* efficit. cf. §. 114. *u*). in exitu, & *Heilmanni* Comp. §. 370.

b) *Pro illa necessitudine cum Christo* baptizati non modo participes sunt mortis Christi (Rom. VI. 5), sed etiam jus liberorum Dei (Gal. III. 26. s. IV. 4. s. Jo. I. 12. s.), indeque porro (not. d) spem hereditatis habent (Gal. IV. 7), & tanquam liberi Dei (Rom. VIII. 14), necessitudine adjuncti Filio Dei (v. 9), etiam sancto ipsius Spiritu donantur (Gal.

IV. 6. III. 13. f.). cf. l. c. p. 516. f. & Prolus. de consensu epp. Paulli ad Hebr. & Gal. p. 12. 22. ss.

c) Comm. in ep. ad Hebr. p. 530.

d) Gal. IV. 7. Rom. VIII. 17. cf. Jo. III. 5. ubi *nato per aquam* & spiritum, seu divinam efficientiam (§. 115. f) *ex Deo* (ἄνωθεν v. 3. h. e. ἐκ τοῦ οὐρανοῦ v. 31. ἐκ Θεοῦ I. 12. f. cf. Matth. XXI. 25. & Diss. II. in LL. N. T. hist. not. 30) aditus esse legitur *in regnum divinum*, sive (Jo. III. 15—17) ad salutem perpetuam.

§. 111.

Cum infidi homines universe, illius salutis non fiant compotes (§. 67. 72), nec tum, quum baptizantur, ea potiuntur (Act. VIII. 21—23. coll. v. 13. cf. Matth. III. 7—10), nisi baptismus conjunctus sit animi eorum vitæque immutationi (Act. II. 38. Tit. III. 5. cf. Act. XIII. 24. XIX. 4. Marc. I. 4. Matth. III. 11). Quisquis Deum, in quem baptizatur, habere vult *Deum suum*, *cujus gratia* confidere & *frui ipsi liceat* (§. 110. a), is hactenus quoque Deum habere debet *suum Deum*, ut *colat* eum, &, quia baptizatur in *Patrem*, *Filium* & *Spiritum sanctum*, ex ejus quidem doctrinæ *a*) præscripto colat, quam *Pater b*) per *Filium* & *Spiritum S.* promulgavit. Qui re vera confidit, se baptizatum mortis Christi

participem esse ad veniam peccati (§. 110), idem hac ipsa fiducia sua impellitur ad discedendum a vitiorum obsequio indulgentiaque (Rom. VI. 2 — 12. 1 Petr. III. 21 — IV. 2. c), & d) ad sequendum ductum ejus, quem, si baptismum ex animo suscepit, Servatorem ac Dominum suum agnoscit (1 Cor. I. 13. Eph. V, 23—26. §. 43. d).

a) Quando baptismus hoc sibi vult, *Patrem, Filium & Spiritum S.* esse *Deum baptizati* (§. 110), baptismum non ex animo suscipit eive renunciat, uno verbo, christianus (μαθητευθεις τω Χριςω, Jesu Christi disciplinæ addictus Matth. XXVIII. 19. cf. Jo. IV. 1) re ipsa non est aut esse desinit, quisquis doctrinam Jesu Christi (i. e. *Filii Dei* § 43 d) & apostolorum (h. e. *Spiritus sancti* §. 9—11) recusat habere ipsam *Patris* (not. b), cum quo Filius & Spiritus S. conjunctissimi sunt, omninoque (cf. §. 44. f.) *Dei sui* doctrinam. Unde cum baptismo (Matth. XXVIII. 19) mox (v. 20) illud etiam conjungitur, baptizatos ad *Christi* præcepta servanda *apostolica* (cf. v. 16. & Jo. XVII. 20) institutione erudiendos esse. Atque hoc ipsum, quod *Christus* baptismo instituendo spectavit, tum, cum ipse baptizaretur, *Pater* significavit, nempe Christum esse *conjunctissimum ipsi Filium* (Matth. III. 17. Joh. V. 37. coll. v. 18. & I. 34), qui non ipse tantum audiendus (Matth. III. 17. coll. XVII. 5), sed apostolos quoque (cf. Act. I. 4. f.) baptizaturus sit

Spi-

Spiritu S. (Matth. III. 16. coll. Jo. I. 32. f.) post ipsum edocere homines perrecturo per apostolos (XVI. 7 — 15).

b) Jo. XII. 49. f. XVI. 7 — 15. Matth. X. 20.

c) v. Comm. in ep. ad Hebr. p. 519. ss.

d) l. c. p. 602.

§. 112.

Cum gratia salutaris, nominatim venia peccati *a*), quam baptismus spondet (§. 110), etiam ad *infantes* pertineat (§. 68), iidemque, quamvis non e vestigio, tamen posthac ad præcepta Christi servanda (Matth. XXVIII. 20) instituendi sunt (Eph. VI. 4. *b*), & ab ipsa infantia in Christi disciplinam tradi (μαθητευσθαι Matth. XXVIII. 19. *c*) tanto rectius possint, quod divinitus (§. 74. a) iis hæc eadem disciplina jam destinata est per natales & officia, christianis parentibus imposita (not. b): baptismus eam naturam aut conditionem non habet *d*), ut infantes ab eo prohibendi sint. Hactenus igitur nulla caussa est, quamobrem illud: παντα τα εθνη (v. 19), ad *solos adultos* referri oporteat. Hoc autem non obstante, infantibus, de quorum baptismo in tanta proselytorum multitudine mox in ipso rei christianæ principio non poterat

non exiſtere quæſtio, baptismum de apoſtolorum ſententia negatum fuiſſe, eo longius abhorret a fide, quo diutius & ipſi apoſtoli & chriſtiani auditores ex judæis aſſueverant *e*) ipſos etiam infantes *f*) recipere in civitatem Dei, eamque multo reſtrictiorem nova illa & latiſſime patente (§. 109. a) Dei civitate, in quam baptizati adſcribuntur (§. 108). Unde nec dubitamus *Origeni g*) fidem habere, qui conſuetudinem, *parvulos* baptizandi, ad *apoſtolorum* traditionem refert. Nec quisquam veterum baptismo infantum, licet ſæpius de eo orta fuerit quæſtio, novitatem exprobrare auſus eſt *h*).

a) h. e. liberatio pœnæ, v. §. 89. d). init. §. 57. e).

b) Cum Eſſeni, quorum diſciplinam Epheſii partim admirabantur & probabant (§. 52. e), *alienos* liberos *ſuis* moribus & opinionibus imbuere ſolerent (v. *Joſephi* L. II. de bell. jud c. 8. §. 2); chriſtianos certe parentes minime decuiſſet, *proprios ſuos* liberos ad *chriſtianam* pietatem negligentius informare. Qua propter chriſtianorum liberos educatos vult apoſtolus liberaliter quidem & procul Eſſaica ſeveritate (huc enim ſpectare videtur illud monitum: μη παροργιζετε, cf. Diſſ. II. in ep. ad Col. not. 51), ſed diſciplina ac inſtitutio ea tamen eſſe debebat, quæ Domino, ſive (Eph. V. 29) Chriſto, probari poſſet (v. Phil. II. 30. u), quæve chriſtianorum liberos erudiret ac inſtitueret ad *Chriſti* inſtituta, omni-

bus Essenorum institutis longe præstantiora (Col. II. 8 — 10).

c) v. *Michaelis* Erkl. der Begr. u. Auferst. gesch. Christi p. 336. ss. *Wetstenium* ad Matth. XXVIII. 19.

d) Quamquam infantes *Deum colere* venerarique (§. 111) *nondum possunt*, supra tamen vidimus, eos certe Deo suo uti posse propitio (cf. §. 110), & μαθητευθῆναι eatenus posse, ut *seminario* (cf. §. 105) *cultorum Dei* per baptismum (§. 108) recipiantur.

e) Quemadmodum ex hac caussa intelligitur, tantum abesse, ut Christus necesse habuerit Matth. XXVIII. 19. diserte mentionem facere de infantibus, ut eos potius, si exclusos voluisset, nominatim excepturus fuisse videatur (cf. *Noesselt* Anw. zur Bildung angehender Theol. P. II p. 222. ed. 2): sic eadem de caussa mirum videri (cf. *Tellerum* l. c. p. 257) non debet, baptismi *infantum*, qui vetersimo ritu in civitatem Dei solebant recipi, & quorum nec Act. XV. 1 10. Gal. VI. 12. 13. expressa mentio habetur, licet pueri recens nati minime profecto excludantur, in sacris narrationibus non item fieri mentionem, ut baptismi *mulierum* (Act. VIII. 12), ad quas vetus ille ritus non pertinuit (cf. not. f.), nec reliquos scriptores antiquiores, quorum hodie tam pauca monumenta extant, de baptismo infantum, quem nullique nihil vel admirationis vel reprehensionis habere scirent, data opera commemorare. Quamquam est, ubi hæc consuetudo non tam defenditur aut latius exponitur, quam ut nota omnibus sumitur, velut ab *Irenaeo* L. II. c. 22. §. 4. cf. *Schroeckhii* christl. Kirchengesch. P. III. ed. 2. p. 203. ss.

& maxime *Walli* Hiſtoriam baptismi infantum P. I. c III. Univerſe hic liber, a *Schloſſero* latine redditus & obſervationibus auctus, digniſſimus eſt, qui conſulatur in hac cauſſa. add. *Suiceri* Theſ. eccleſ. T. I. p. 647. ſ. *Binghami* Origg. eccl. L. XI. c. 4. *Seileri* Theol. dogm. pol. p. 609. ſſ.

f) Mox primis temporibus de baptismo *cum circumciſione* comparando cogitatum fuiſſe, e Col. II. 11. ſ. patet. cf. *Juſtini* M. dial. cum Tryph. p. 261. ed. Col. Si contendas paginam 241, apparebit, illud: ΠΑΣΙΝ εφετον ομοιως λαμβανειν (την πνευματικην περιτομην δια του βαπτισματος p. 261.), hoc ſibi velle, baptismum *multo latius* patere, *quam circumciſionem* την κατα σαρκα (p. 261), *quae ad muliebrem* certe *ſexum non pertineat* (p. 241). baptismum non modo ad eos, qui circumcidi ſoleant, ſive ad mares, *etiam infantes*, ſed *omnino ad omnes*, vel (cf. not. e) ad feminas, pertinere. Ceterum res ipſa etiam loqui videtur, Chriſtum *baptismo* inſtituendo *circumciſionis* rationem ſimiliter habuiſſe, atque *ſacra coena* inſtituenda *paſchalis* cœnæ rationem habuit (§. 109. d). Ut enim pro paſchali cœna, quæ veteris fœderis *novum*. inſtitutum fuerat, ad memoriam *palmarii* (Ex. XX. 2) beneficii, antiquo populo Dei *hoc ipſo, quo primum celebrabatur, tempore* (XII. 17) dati, ſpectans (v. 14. 24—27), etiam novi fœderis (Matth. XXVI. 28. 1 Cor. XI. 25) *novum* inſtitutum, ad memoriam *palmarii* (§. 93) beneficii, novo populo Dei *hoc ipſo, quo primum celebrabatur, tempore* (v. 23. Luc. XXII. 20—22) dati, ſpectans (§. 113), ſubſtituit: ita in locum *antiquioris* (Jo. VII. 22) inſtituti, quo de Moſis præcepto (v. 23. Lev. XII. 3)

cives populi divini veteris initiandi & in Mosis disciplinam posthac tradendi erant (Gal. V. 3. Rom. II. 25. cf. Jo. IX. 28), pariter *antiquius* (I. 25. f. 28. III. 22. f. §. 109. d) institutum, quo novi populi divini cives initiandi & in Christi disciplinam posthac tradendi essent, substituit (Matth. XXVIII. 19).

g) L. V. in ep. ad Rom. in VI. 5—7. T. III. fol. CLXXVIII. ed. Paris. 1512. cf. laudatum *Wallum* c. V. maxime §. XI. & *Melanchthonis* Locos Theol. p. 447. Lips. 1556.

h) Pædobaptismum *Tertulliani demum tempore* invaluisse (cf. *Tellerum* p. 258), ex celebratissimo loco (*de baptismo* c. 18) non magis colligi potest, quam superiori tempore *innuptos* procrastinari eorumque baptismum differri consuevisse, & contrarium morem *Tertulliani aetate demum* usurpari coepisse. Neque enim *circa parvulos* tantum, sed *non minore de caussa* etiam *circa innuptos* baptismi *cunctationem Tertullianus* sine omni hæsitatione suadet, neque parvulos baptizandi consuetudinem, quam ipse fatetur obtinuisse, dum *festinare* queritur *innocentem aetatem* ad remissionem peccatorum, *propterea* reprehendit, *quod nova* & nuper demum introducta *fuisset*, sed privatam sententiam suam privatis opinionibus de pondere baptismi & cujusque personæ conditione ac dispositione confirmat (cf. laudatum *Wallum* c. IV. §. VII. IX. & *Schlosserum* p. 68). Unde nec mirum est, *Tertulliani* auctoritatem & argumenta, quæ *novam* consuetudinem facile potuissent labefactare, contra morem *antiquissimum* ita nihil valuisse, ut, exorta quæstione, num

ctionis (1 Cor. X. 17—21) cum ecclesia, quae Jesum colit servatorem suum, inprimis accommodata est celebratio sacrae coenae *in conventu* (1 Cor. XI. 20—34. cf. *Boehmeri* Diss. *quarta* Jur. eccles. antiqui ad *Plinium Secundum*). Neque tamen propterea fruitio *in privato*, nisi proficiscatur a caussa (cf. XI. 21) per se vitiosa, continuo damnanda est, quum domi tamen locus sit *professioni* coram ecclesiae doctore & reliquis, qui praesto esse solent, testibus, ut taceamus, alios saltem inaudire de coena sacra privatim celebrata. Utro modo celebretur, exemplo Christi (Matth. XXVI. 26. f.) & ecclesiarum apostolicarum (1 Cor. X. 16. §. 114, h) cum εὐλογίᾳ (gratiarum actione) celebranda est. cf. h. *Morum* p. 270. f.

c) v. 1 Cor. XI. 26—29. X. 16. 21. & *Spittleri* Gesch. des Kelchs im Abendmal.

d) Etsi hoc consilium etiam ad alios a vescente ipso (1 Cor. XI. 26. coll. Ex. XII. 26. f. XIII. 8) pertinet, iique igitur ipsi, qui non agunt ex animo, quod Dominus agi voluit (1 Cor. XI. 24. f.), hujus consilio eatenus serviunt, ut imprudentes conferant ad memoriam mortis Christi conservandam posteritatique propagandam (cf. *Melanchthonis* Locos praecipuos theol. p. 454. f. & *Chemnitii* Loc. theol. P. III. p. 149. ed. Francof. & Witteb. 1690): probari certe omniscio (§. 42) Domino haud possunt (v. 27. 29), qui non considerant (v. 28. f. 31), quid agant & quomodo agant, neque mortis Christi beneficium, quod profitentur, agnoscunt ipsi animo pio. Quisquis autem pie erga Servatorem affectus

est animo, eum facile internoscit (2 Tim. II. 19) Dominus a reliquis, quorum admistio in cœna sacra pariter ferenda est (Luc. XXII. 19—21), ac universe in ecclesia (§. 105). *Infantibus* hanc cœnam sacram non magis destinatam esse, quam destinata iis olim fuerat paschalis cœna, vescendæ escæ ac potionis natura ostendit, quumque tamen ad hanc cœnam non æque omnibus, atque ad baptismum (§. 112), aditus pateat, etiam ii, qui in ratione versari incipiunt, tantisper, dum sacro huic & profano epulo discernendo (1 Cor. XI. 29) sufficiant vires, recte ab illo prohibentur v. *Michaelis* Dogmatik §. 191.

§. 114.

Qui sacra hac cœna non secus, ac consentaneum (§. 113. d) est, (*εν αναξιως* 1 Cor. XI. 27. 29) fruuntur: ii *praeteritae* mortis Christi recordatione (v. 24. s.) exhilarantur *a*) atque ad pietatem incenduntur *b*), sed & *praesenti* vita ac majestate mortui pro nobis hominis Jesu *per ipsam coenae sacrae indolem* utuntur *c*) adjutrice salutis. Quamquam enim verba Christi (Matth. XXVI. 26. 28. Marc. XIV. 22. 24): hoc est corpus meum, hic est sanguis meus, per usum loquendi sic interpretari licet *d*): hic panis & hoc vinum *e*) est corporis & sanguinis mei *signum f*); ea tamen interpretatio neque cum similibus verbis con-

g·uit, quæ Paullus, auctore Domino (1 Cor. XI. 23. §. 113. a), substituit (v. 25. cf. Luc. XXII. 20. g), neque expositioni Paullinæ (1 Cor. X. 16) consentit, quæ verbis Christi, a Matthæo & Marco narratis, jubet *h*) hunc intellectum tribuere: panis hic vos *reddit participes i*) corporis mei, hoc vinum *exhibet* vobis meum sanguinem. Nempe Christus inter cœnam *supremam* (XI. 23. Luc. XXII. 15—18) promisit discipulis, se, *quamvis nunc discedat* e vita, *praesentem tamen adfuturum esse*, quoties hanc cœnam posthac essent repetituri; corpus ipsius, quamvis nunc dandum ad mortem, & sanguinem ipsius, quamvis nunc in eo sit, ut effundatur *k*), præsentes tamen ex ipsius promissione tam certo adfore, quam certo per ipsum adspectum constet, præsentem adesse panem & vinum (Matth. XXVI. 26. 28. Marc. XIV. 22. 24.), hunc *hominem l*), quem oculis cernant præsentem, & cujus humanum sanguinem mox fusum, humanum hoc corpus morti traditum sint visuri, sed qui idem (§. 77) *divina perfectione m*) præditus, uno verbo (§. 76), *Dei Filius* sit, *etiam posthac* super talem cœnam, qualem nunc, ipso terrenam hanc vitam vivente, obierint, quamvis mortuum terrenisque angustiis ereptum, *se*

tamen *praesentem esse exhibiturum*, eamque praesentiam, quae *inverecundos* convivas *tanto graviori arguit crimine* (1 Cor. XI. 27. 29. *n*), coena sacra *pie* (§. 113. d) *utentibus mirifice salutarem* fore *o*).

a) Fruuntur pane ac vino ut pignore adspectabili pertinentis ad ipsos (Marc. XIV. 24. Luc. XXII. 19. s. 1 Cor. XI. 24) fructus (cf. Ebr. XIII. 10. p) beneficiorum, occisione corporis & effusione sanguinis Christi partorum; nominatim veniae peccatorum (Matth. XXVI. 28. §. 89).

b) Hoc incitamentum inest (§. 111. c). d) in ipsa contemplatione (not a) mortis Christi, ut effectricis veniae peccati.

c) Qui singularem illam sacrae coenae indolem, quamvis nullo partium studio teneantur, sibi tamen nequeunt persuadere, quod in hujus quaestionis difficultate & rationum, quibus plerique nostrorum usi atque confisi sunt, infirmitate (cf. not. d), profecto fieri facile potest; ii voluptatem quidem ac solatium (not. m) ex doctrina non agnita capere nequeunt, sed ipso tamen beneficio, quod non ex nostra vel intelligentia vel efficientia, sed e promittentis Domini virtute divina pendet (not. m), etiam inscientes affici possunt (not o), si modo, quod ipsorum est (§. 113. d), agant mortemque Christi pie recolant. v. *Weismanni* Inst. theol. exegetico-dogm. p. 932. §. 31. s. *Seileri* Theol. dogm. polem. p. 633. s. *Mori* Epit. theol. christ. p. 270. Quo magis illud nobis laetandum est, controversiae inter protestantes

agitatae, in qua, *Luthero*, ut ferunt (cf. *Schwabii* Diss. de jure protest. examinandi rel. suam §. 66), ipso non diffitente, nostri etiam coetus theologi fuerunt nimii, vehementiam & acerbitatem hodie deferbuisse.

d) Sumitur enim tropus non insolens (not. f). neque tropi ab hac caussa universe debent alieni numerari (cf. b. *Morum* l. l. p. 269. B), sed in ipsa institutione sacrae coenae manifesto (not. e). f) usurpati sunt. vid. *Michaelis* l. l. p. 652. s. Quin ipsa etiam nostra sententia, seu verborum Christi vulgari (cf. *Morum* l. l. p. 267. not. 3), seu Paullinae (cf. infra not. h) expositioni congruenter (cf. *Morum* l. l. not. 2) defendatur, sumit tropum (not. i). v. in priorem partem *Töllneri* vermischte Aufsäze T. II. Fasc. II. p. 180. s. 205. s. in alterum vero cf. infra not. l).

e) Vox τουτο Matth. XXVI. 28. Marc. XIV. 24. ad praecedentem ποτηριον (v. 23. Matth. XXVI. 27) refertur (1 Cor. XI. 25. Luc. XXII. 20), quae locis laudatis metonymice pro vino usurpatur (cf. 1 Cor. XI. 26. f. X. 21. Matth. X. 42). Similiter ergo etiam XXVI. 26. Marc. XIV. 22. 1 Cor. XI. 24. Luc XXII. 19. pronomen τουτο, quamvis genus accommodatum sit *praedicato* (cf. Gal. IV. 24. (not. f), Matth. VII. 12. (Diss. I. in LL. N. T. histor. not. 32). Eph. I. 14. III. 13. 1 Cor. III. 17), *panem* (αρτον) spectat, quem edendum Christus dedit. cf 1 Cor. X. 16.

f) Res eodem redit, sive cum *Zwinglio* vertas: hoc *significat* (εστι) corpus & sanguinem meum, sive cum *Oecolampadio*: hoc, quod propino, *est* corporis

& sanguinis mei *figura* (v. *Planckii* Gesch. der Entst. unsers protest. Lehrbegriffs T. II. p. 259 273. ed. 1). Quod si enim res, ut sæpe fit (v. Obff. gr. p. 18. n. 5. 'Notit histor. epp. ad Cor. interpr. servientes not. 69. & *Fischerum* de vitiis lex. N. T. p. 558. ss), pro *signo* rei dicitur; id, quod *esse* dicitur *signum* rei, eo ipso hanc rem *significare* dicitur, ut Gal. IV. 24. "hæc (αυται pro ταυτα, cf. præcedens αινα & not. e) *sunt* utriusque foederis *signa*," idem profecto valet, atque: "hæc *significant* duo fœdera." Locos Matth. XIII. 37—39. Apoc. XVII. 9. f. 12. 15. & similes, qui laudantur (v. *Michaelis* Dogm. p. 652. & *Heddaeum* in Matth. XXVI. 26. p. 401. f), præterimus, cum in eos facile transferantur modo dicta. Quamquam *hebraicis* locis, in quibus verbum substantivum solet *deesse*, omnino aptior est tropus, in *expresso* nomine quærendus (cf. *Chemnitii* Fundamenta sanæ doctrinæ de vera & substantiali præsentia corporis & sanguinis Domini in cœna c. VIII. p. 33). Velut Ez. XII. 10. hoc perspicue verba sonant: "bajulare illud, de quo v. 6. sermo fuerat, (est) *figura* (cf. v. 6. 11) Israëlitarum & principis eorum;" nec illud proprie dicunt: "gestatio (*significat*) principem Hierosolymitanum & Israëlitas." Ceterum vox διαθηκης non modo Gal. IV. 24. sed alias quoque, ut in formulis: διαθηκη περιτομης (Act. VII. 8), i. e. "*signum* fœderis (cf. Gen. XVII. 10. cum v. 11), quod erat (Obff. gr. p. 104. f.) circumcisio," &: το αιμα της διαθηκης (Ebr. IX. 20. X. 29. XIII. 20. Matth. XXVI. 28. Marc. XIV. 24), i. e. "sanguis, qui est *signum* fœderis," imo in *ipsa narratione de instituta sacra coena* 1 Cor. XI. 25. Luc.

XXII. 20. usurpatur *tropice*: "hoc vinum (not. e) est *signum* novi foederis facti sanguine meo, pro vobis effuso." Altero nimirum loco τὸ ἐκχυνόμενον est pro casu obliquo, quemadmodum Apoc. IX. 14. III. 12. & apud ipsum Lucam XX. 27. cf. *Bengelium* in XXII. 20.

g) Ut verba: τοῦτο τὸ ποτήριον Η ΚΑΙΝΗ ΔΙΑΘΗΚΗ ἐςὶ, quibus Christum usum fuisse (cf. *Michaelis* l. l. p. 649. s.) Paullus & Lucas referunt, aequipollentibus apud Matthaeum (XXVI. 28) & Marcum (XIV. 24): τοῦτο (τὸ ποτήριον, cf. not. e) ἐςὶ ΤΟ ΑΙΜΑ ΜΟΥ; item respondeant, ut verba: τοῦτό μου ἐςὶ τὸ σῶμα 1 Cor. XI. 24. Luc. XXII. 19. locis similibus Matth. XXVI. 26. Marc. XIV. 22. respondent, τὸ αἷμα τοῦ Χριςοῦ v. 24. Matth. XXVI. 28. non *figura* sanguinis Christi, quod *Oecolampadius* voluit (not. f), sed *sanguis* Christi sit necesse est. *Hic* enim, *non figura* sanguinis Christi, est ἡ καινὴ διαθήκη (1 Cor. XI. 25. Luc. XXII. 20), seu (not. f) *novi foederis signum*. Per *ipsum* Christi sanguinem (ἐν τῷ αἵματί αὐτοῦ, quod 1 Cor. XI. 25. Luc. XXII. 20. diserte additur), non per figuram ejus aut signum, foedus novum sancitum (§. 92. d) fuit. Signum novi foederis facti *sanguine Christi* est *ipse sanguis* Christi. Atqui signum novi foederis facti sanguine Christi apud Paullum & Lucam idem est, quod τὸ αἷμα τὸ τῆς καινῆς διαθήκης apud Matthaeum & Marcum. Ergo Matthaeus & Marcus non figuram sanguinis Christi, sed *ipsum* Christi *sanguinem* dicunt, nempe sanguinem, qui novi foederis signum (τὸ αἷμα τῆς καινῆς διαθήκης, cf. not. f) est. cf. LL. Symb. p. 740. s.

k) Dehortaturus Corinthios (v. 14) a frequentatione epulorum, idolis sacrorum, hanc apostolus rationem affert, quod, ut b. *Mori* verbis (p. 260.) utamur, epulorum ejusmodi cum religione conjunctorum hæc vis sit (v. 18, 20), ut, qui iis intersint, declarent, se colere numen, in cujus honorem fiat epulum sacrum. Eos igitur, qui intersint epulis idololatricis, cultores atque κοινωνες idolorum se profiteri (v. 20), eos contra, qui intersint sacræ cœnæ, cultores Christi se gerere & hactenus (cf. v. 20) in ejus societatem venire eive adjunctos esse necessitudine membrorum corporis ejus (v. 17). Illud autem vehementer repugnare (v. 21), celebranda sacra cœna profiteri se cultorem Christi (v. 17. s.), & frequentandis epulis idololatricis profiteri se cultorem idolorum (v. 20), nec impune Dominum potentissimum ea ignominia affici (v. 22), ut æque cum ipso idola colantur. Hactenus sacræ cœnæ par ratio est cum epulis idololatricis, sed ex v. 19, intelligitur, præter actum religiosum, quem fruentes utrinque edunt, etiam *Christo*, qui in sacra cœna colitur, utpote insigni majestate prædito (v. 22), *attributum aliquid fuisse, quod in numina imbecilla*, a paganis, dum epulas idololatricas celebrabant, coli solita, *non aeque valeat*, eaque de caussa expresso monito opus fuisse, christianos, etiamsi *impotentiam* idolorum (α εκ εςι τι v. 19) in epulis idololatricis non possint eo modo participes (κοινωνοι) fieri, quo participes in sacra cœna fiant Christi (v. 16), divina virtute pollentis, hactenus tamen idolorum participes (κοινωνες v. 20) fieri posse, quoad cultum idololatrarum adjuvent, atque propter

hanc conjunctionem cum nefario & cultoribus Dei (cf. v. 20. init.) ac Christi (v. 21) indigno cultu idolorum idololatricas epulas a Corinthiis christianis *tamen esse vitandas* (v. 20—22), quamvis concedat apostolus & diserte professus fuerit (VIII. 4. cf. über den Zwek der evl. Gesch. Joh. p. 464. f.). *idola nihil esse* & εἰδωλόθυτα, quae ab numinibus nihil nec potuerint infici aut vitiari, per se non magis noxia esse, quam reliquas carnes (X. 25—30). Et re ipsa, christianos, quamvis multos, unum omnes *corpus* Christi (XII. 12—27) esse, quemadmodum unus sit panis, quo in coena sacra omnes vescantur (X. 16. 21), omnes igitur (Eph. V. 23—32) Christum colere (v. 24)), sed ejus etiam *cura atque providentia* (v. 29—32. §. 99. f) confidere debere, 1 Cor. X. 17. ex eo elicitur, quod unius panis omnes sint participes, & ejus quidem panis, qui participes reddat *corporis Christi* (v. 16), haud profecto ecclesiae, quae v. 17. intelligitur, sed ejus corporis Christi, cujus in quaestione de coena sacra (v. 21) juxta cum sanguine Christi, qui nunquam pro ecclesia dicitur, solet mentio fieri (XI. 27), uno verbo, ejus corporis, quod pro nobis morti fuit traditum (v. 24. Luc. XXII. 19). Quia omnes participant eundem panem sacrum (1 Cor. X. 17), qui *communicat corpus Christi* (v. 16), propterea omnes *participant idem corpus* (*eundemque sanguinem* v. 16) *Christi*, ideoque (not. l) omnes *cum eodem Christo* (cf. Jo. VI. 56) & hujus communis necessitudinis beneficio *inter se* (cf. XVII. 21. 23) conjuncti, unum ergo *corpus* (1 Cor. X. 17), *seu* (§. 99. f) *populus Christi* sunt, qui Christum, non idola (v. 20—22), colere

colere debet, quique Christi *praesentia ac efficientia* gaudet, qualis a diis nihili exspectari nulla potest (v. 19). Locum ipsum (v 16), de quo agitur, sic convertimus: „quod attinet ad calicem, qui ευλογιαν (beneficium) in nos confert (cf. Jo. VI. 35. 48. cum v. 33. 57. f.), quemque nos cum actione gratiarum (ευλογια Marc. XIV. 22. coll. v. 23. 1 Cor. XI. 24. Luc. XXII. 19) propinamus (cf. ευλογειν αρτους Luc. IX. 16. cum Jo. VI. 11. 23. Marc. VIII. 6) ac sumimus, (ita enim vertimus, ne genitivus της ευλογιας prae verbis: ὃ ευλογουμεν, supervacaneus sit,) nonne *communicatio* (impertitio, cf. Ebr. XIII. 16) *sanguinis* Christi est? Quod attinet ad panem (τον αρτον, cf. Notit. hist. epp. ad Cor. interpr. serv. not. 163), quem frangimus atque partimur inter nos, nonne *communicatio corporis* Christi est?" aut, si malis, „vini (not. e) salutaris ac panis sumtio *communicat* nobiscum sanguinem & corpus Christi." Ergo, si Paullum audimus, verba Christi 1 Cor. XI. 25. Luc. XXII. 20. sive Matth. XXVI. 28. Marc. XIV. 24. idem sibi volunt, quod sequentia: „hoc vinum est *id, quod communicat* signum novi fœderis facti meo sanguine, sive (not. g) hoc (vinum) est *id, quod exhibet* sanguinem meum," & verba (v. 22. Matth. XXVI. 26. Luc. XXII. 19. 1 Cor. XI. 24): „hoc est corpus meum," idem valent, atque: „hic panis (not. e) est *id, quod communicat* (exhibet) corpus meum." Cœna sacra & aliud quodvis epulum hoc differunt inter se, quod in illa non adspectabilis tantum esca, sed pabulum singulare, *corpus Domini*, adest (v. 29).

i) Tropum, quem, Paullo auctore (not. h), verbis Domini tribuimus, usui loquendi consentaneum esse, exemplis aliquod confirmabimus. Simillimum extat 1 Petr. III. 21. ubi baptismus συνειδησεως αγαθης επερωτημα εις θεον esse dicitur eo, quod est *id, quod praebet* συνειδησεως αγαθης επερωτημα εις θεον, *quod praestat* fiduciam Dei consulendi (§. 110. a). Rom. VII. 13. verba: „bonumne mihi fuit *mors*?" idem dicunt, quod: „an igitur lex, quae bona est (v. 10. 12), mihi fuit *res offerens* mortem, *attulit* mihi mortem?" 1 Cor. XI. 29. κριμα εαυτω esse ac bibere dicitur edens atque bibens *id, quod affert* ipsi poenam. Jo. XI. 25. Col. III. 4. η αναστασις και η ζωη esse legitur Christus, quia *dator* (Jo. VI. 33. X. 28) est αναστασεως και ζωης. Idem Rom. X. 4. τελος νομου vocatur, quia *attulit* finem legis (Comm. in ep. ad Hebr. p. 677).

k) In his verbis: εκχυνομενον Matth. XXVI. 28. Marc. XIV. 24. Luc. XXII. 20. & διδομενον v. 19. (cf. κλωμενον 1 Cor. XI. 24) inerat praesignificatio (§. 113. a) mortis Christi proxime instantis. cf. de illa vi praesentis temporis Notit. hist. epp. ad Cor. interpr. serv. not. 183. p. 98. & *Weismanni* Inst. Theol. p. 864.

l) Ita η σαρξ (το σωμα) και το αιμα Christi Jo. VI. 53 — 56. *ipsum Christum* (v. 57. 35. 41. 48. 51), qui *verus homo* est (v. 62. 53. coll. v. 42), pro hominibus mortuus (v. 51. coll. Luc. XXII. 19), synecdochice indicat. cf. über den Zwek der evl. Gesch. Joh. p. 193. f. Et alias quoque nomina σαρκος (Jo. I. 14. Rom. III. 20. coll. v. 28), σωματος

v. *Gatakerum* de novi instr. stylo c. X. pag. 103 —105. *Schleusneri* Lex. in N. T. voc. σωμα n. 5. T. II. p. 958). αιματος, & σαρκος και αιματος (v. *Kypke* ad Matth. XXVII. 4. p. 135. & *Schleusnerum* ad voc. αιμα n. 6 T. I. p. 59) de *toto homine* usurpantur. Neque profecto corpus Christi *a reliquo homine Jesu* re ipsa *sejunctum est* ab eove *separatum* exhiberi potest, sed *homo ipse*, qui mortuus est pro nobis. & *talis* quidem exhibetur, qualis *nunc* vivit, *cum sacra coena celebratur*. cf. LL. Symb. p. 158. *Seileri* Theolog. dogm. polem. p. 644. 639. f. *Henke* l. c. p. 215. Unde etiam ΤΟ ΣΩΜΑ ΚΑΙ ΤΟ ΑΙΜΑ (1 Cor. XI. 27) & ΤΟ ΣΩΜΑ (v. 29) τȣ κυριȣ promiscue dici poterat. Utrinque enim per ea, quæ ante ostendimus, synecdochice significatur *homo ipse*, qui Dominus est (cf. XV. 47). Appellatur vero ex *corpore* & ex *sanguine* (XI. 27. 29. 24. Matth. XXVI. 28), ut (cf. Ebr. II. 14. h) recordemur, exhiberi (not. h) i) *eundem hominem*, qui, quamvis Dominus, pro nobis *mortuus* (Luc. XXII. 19), & *violenta* quidem (v. 20) morte affectus fuerit, ut dici posset (not. k). a) corpus *morti tradidisse*, sanguinem *effudisse*. Similiter, ut declaratio præsentiæ *Christi, pro nobis mortui*, duobus modis (Luc. XXII. 19. f.) exprimitur, etiam hæc *eadem res*, quod apostoli nova tandem lætabili consuetudine ac familiaritate cum Christo conjungendi (Joh. XIV. 3. XVII. 24), sive *cum eo convicturi* (Luc. XXII. 30) sint, duplici enuntiato (v. 16. 18) effertur, licet alterutrum (Matth. XXVI. 29) sufficere potuisset.

m) Christus non spectandus (cf. Jo. VI. 42) est ut *merus* homo, qui nihil ejusmodi posset (v. 63), sed ut conjunctissimus antiquiori (v. 62. 33 38 46. 50. f. 58) *divinaeque naturae* (πνευματι v. 63. init.), quae *ipsum etiam hominem Jesum* ita perficit (v. 63. extr.), ut nunc maxime (v. 62), quum divina sua perfectione ac majestate plenissime utitur (§. 78), virtutem ejus non liceat metiri humanis limitibus. v. über den Zwek Joh. p. 194. f. ipsumque *Calvinum* Inst. christ. rel. L. IV. c. 17. §. 7 — 10. p. 489. ss. *Omnipraesens* λογος ΘΕΟΣ (I. 1), sed qui *homo factus* est (v. 14. §. 76. f.), quemque humanitas ipsius nobiscum singulari necessitudine conjungit (Eph. V. 29 — 32), incomprehenso modo (v. 32), quem, tametsi *in hac caussa* explicari & definiri hoc certius nequit, quod humana mens aut cogitatio *divinae* omnipraesentiae modum *universe* non capit (§. 30. d), Christi tamen, Filii Dei, auctoritate (not. g), h credimus (Jo. VI. 68. f.), in coena sacra *praesentem* & efficacem *se exhibet*. cf. LL. Symbol. p. 753. f. *Seilerum* l. l. p. 641. f. b. *Sartorii* Comp. Theol. dogm. §. 561. d). & *Töllnerum* l. c. p. 185. f. " Equidem facile concedimus, Jo. VI. nullum de sacra coena sermonem esse, sed hoc tamen inde colligimus, *hominem Jesum* (not. l), quia conjunctissimus est *divinae* naturae (not. m), fiduciam ponentibus in ipsum (v. 35. 40. 47) *universe* pabulo esse (v. 35. 48 — 51. 53 — 56. 58), h. e. eo, quod, instar potionum escarumque, quibus vescimur, noster fit & conjungitur nobiscum (v. 56), salutem nostram tam vere efficere ac sustentare (v. 33. 57), ut ex ea necessitudine cum Christo

etiam corporis exanimis novam atque beatam vitam sperare liceat (v. 54. coll. Rom. VIII. 10. s. 1 Cor. VI. 13 — 17. XV. 47 — 49. §. 65. extr.). Qui fiduciam reponit in Christo, is vescitur eo, sed, quod *Calvinus* etiam l. l. §. 5. s. p. 489. agnovit, fruitio Christi *non continetur fide sola.* Ut enim actus, quo sumimus escam, non est ipsa res ac vis, quae vescendo nostra efficitur, sic fiduciae actus non est ipsa praesentia atque virtus Christi, qui cum sumentibus ipsum conjungitur (Jo. VI. 56) & per fidem noster fit, sed merum instrumentum est (Eph. III. 17) ad adipiscendam necessitudinem cum Christo (v. Comm. in ep. ad Hebr. p. 433. s.), neque etiam pabulum, quo fruimur, in solo cruentae mortis Christi antique de nobis merito positum est, sed, quamvis Christi majestas prodesse nobis & pabulo esse non posset, nisi (cf. Ebr. XIII. 11. q) idem, qui de coelo venerat (Jo. VI. 51), & homo factus coelum repetiit (v. 62), *mortem* prius *obiisset* (v. 51), ipse tamen Christus (not. l), *ad summam majestatem evectus* (v. 62. Matth. XXVIII. 18. Eph. V. 23. s. coll. I. 22), novo hoc atque perpetuo (Jo. VI. 57) beneficio nos ornare vult, ut *nobiscum se conjungat* (v. 56. Eph. V. 30 — 33. 1 Cor. VI. 15. 17), *praesens nobis adsit & efficacem se nobis praebeat* (Matth XXVIII. 20. Eph. V. 29) modo inexplicabili (v. 32), eaque necessitudo ipsa meritorum Christi participes nos reddit (Phil. III. 8. s. Rom. VIII. 1. 9. s. cf. *Calvinum* l. l. §. 11. p. 491). Si Jo. VI. nihil aliud sibi voluisset Dominus, quam beatos esse (ζωὴν ἔχειν v. 53. s. 58), qui beneficia, morte ipsius parta sumant atque fruantur, id quod dici poterat (cf. X.

10—21) sine tanta (VI. 52. 60. f. 66) eorum ipsorum, quos discipulos habuerat, offensione; vix credibile videtur, Christum ea interpretatione uti fusuperfessurum fuisse ad mitigandam, quæ videbatur (VI. 52. 60), durissimam formulam. At vero iterum iterumque repetit eandem (v. 53 — 58), quæque ejus explicandæ caussa affert, ea confirmant, ipsum, qui verus *homo* (not. l) sit, in hanc terram missus (v. 57) & pro incolis ejus *omnibus* mortem oppetens (v. 51), *iis*, *qui re ipsa compotes fiant* salutis (v. 47. 50. 53. f. 57. f.), morte oppetenda *omnibus* pariendæ (v. 51), *vere* (aut, si malis, *vero*) pabulo esse (v. 55), quatenus eum participare debeant (v. 56), & ipsorum conjunctione cum Jesu (v. 57) hominisque, Jesu, conjunctione cum divinitate (v. 63. 57) vita ipsorum & salus contineatur atque alatur. Christus homo (σαρξ v. 51), idemque conjunctissimus Deo (v. 63), esse debebat, ut ad salutem *universitatis hominum* (τυ κοσμυ v. 51) mori posset (§. 82. a). Sed, ut salute parta *re ipsa singuli* fruamur, is ipse *homo* (σαρξ και αιμα v. 53—56), qui pro nobis mortuus est, quique vivit (v. 62) *Deo conjunctissimus* (v. 63. 57), noster fieri (pabulo nobis esse v. 50. f. 53 — 58) & conjungi nobiscum (v. 56), divinamque suam virtutem (v. 63) ad hominum, quamvis reorum (§. 89. 91), at confidentium ipsi (v. 47), salutem efficiendam, conservandam atque augendam pro illo jure, quod obedientia ad mortem præstita impetravit (§. 87. f.), re ipsa conferre debet, quod extremo tempore (v. 54) *omnium luculentissime* fiet (§. 65), sed accommodate ad præsentem conditionem amicorum ejus etiam nunc fit (v. 56). Quod

si vero *homo* Jesus, qui Dei Filius est, *universe* præsentem & efficacem se impertit suis, magnæque ipsi, & per ipsum (XVII. 23. XIV. 9. s. XVI. 13—15. Gal. IV. 6. §. 44. e). §. 45) Patri (Jo. XIV. 23. cf. Diss. de Spiritus S. in mentibus nostris efficientia not. 58) sanctoque Spiritui (Rom VIII. 9. s.) necessitudines sunt cum piis christianis; ea Domini præsentia, quæ *nominatim in coena sacra* exhibetur, eaque necessitudo ac efficientia salutaris (not. o), quæ cupidis Christi *in sacra coena* obtingit, tanto minus debet incredibilis videri (cf. *Seilerum* l. l. p. 650. b. *Sartorium* §. 557. p. 441. *Töllnerum* l. l. p. 202). Sed proprium sacræ cœnæ beneficium est, quod præsentia Christi *declaratur adspectabili pignore*, cui suam præsentiam Dominus ita alligavit (not. e). h), ut de ea confidere liceat tam certo, quam certo confidere licet de panis & vini præsentia. Quæ conscientia certi loci ac temporis (cf. §. 110. a), quo ipso ecclesiæ Dominum, interpretibus ac nuntiis sensibus, sub quos datum ab eodem Domino pignus cadit, præsentem & efficacem habuerint, piorum christianorum universam præsentiæ & auxilii Christi fiduciam mirifice erigit atque confirmat. cf. *Crusii* Plan des Reichs Gottes p. 160. 171—173. *Goezium* ad Matth. XXVI. 26. p. 493. s.

n) Non essent rei *propter* (cf. Jac. II. 10. not. 64) *corpus & sanguinem Domini* (1 Cor. XI. 27), nisi in hoc epulo Domini (v. 27. X. 21) exhiberetur corpus (XI. 29. not. h) & sanguis Domini, & præter panem vinumque, quo irreverenter isti vescuntur, ipse Dominus, qui *verus homo* est (not. l). m), *adesset praesens* paratusque (cf. LL. Symb. p. 558. *An-*

tonii Colleg. Antithet. p. 823. ss.) ad ineundam aut firmandam salutarem necessitudinem cum convivis, v. Allg. deutsche Bibl. T. XCV. p. 66. s. Allgem. Liter. Zeit. 1790. N. 340. p. 427.

a) cf. Joh VI. 53. s. 56—58. 48—51. 35. 63. (not. m).

§. 115.

Qui in coena sacra praesentiam suam declarat & memoriam ipsius pie recolentes salutari sua efficientia beat (§. 114); idem (2 Thess. II. 16. 17. *a*) Eph. IV. 16. Col. II. 19. *b*) *universe adest atque opitulatur* utentibus (§. 116) doctrina ipsius. Quamquam enim reperiuntur loca (Ps. LI. 12. Ez. XXXVI. 26. 27. 1 Petr. V. 10. Jo. XVII. 17. cf. Jac. I. 18), quae, nisi expressiora alia suppeterent, *ipsius doctrinae* divinae efficaciam (§. 116) referre tantum videri poterant ad doctrinae auctorem Deum; plures tamen loci extant, qui divinam efficientiam (Marc. X. 27) *a doctrina ipsa ejusque vi discernunt* (1 Cor. III. 6. 7. Phil. II. 12. 13. *c*) 2 Thess. II. 15 — 17. I. 11. Eph. III. 16. *d*) 1 Petr. I. 5. cf. Act. XVI. 14), eorumque partim ejusmodi sunt, ut ad opem *extrinsecus* ferendam rerumque hominis externarum moderamen *e*), praeparando animo

doctrinae divinae (Ps. CXIX. 71. Hos. II. 8—16. V. 15. Philem. 15. s. coll. 10. §. 69) & hujus studio alendo accommodatum, nequeant commode trahi, sed inexplicabilem (Jo. III. 7. 8. *f*) Eph. I. 19. 20. *g*) III. 20. cf. Ebr. XIII. 20. 21. d), sola *h*) divini testimonii auctoritate (Jo. III. 11—13) agnoscendam, efficientiam Dei *intrinsecus* in animo humano (Eph. III. 20. coll. v. 16. s. Rom. VIII. 9. 11. 16. coll. v. 26. *i*) V. 5. *k*), confirment (1 Thess. II. 13. *l*) cf. Rom. XV. 13. 1 Petr. I. 22. Jud. 20. *m*).

a) Salutaris efficientia l. l. aeque *Christo* & (§. 44. e) *Patri* (cf. Eph. I. 17. ss. III. 14. ss.), saepe vero (cf. not. d) divino *Spiritui* tribuitur, qui conjunctissimus est *Patri* & *Filio* (Rom. VIII. 9—11. Gal. IV. 6. Tit. III. 6. §. 45). cf. p. 316. s.

b) De vi praepositionis εξ in utroque loco v. Diss. I. in ep. ad Col. not. 102. & supra §. 10. f).

c) v. Abh. über die Gnadenwirkungen §. 4. Diss. de Spiritus S. in mentibus nostris efficientia not. 52.

d) Etiamsi *Spiritum* h. l. non ut *efficientem* roboris animi, sed ut auctorem *salutaris doctrinae* spectes, Deus certe, cum jam adest doctrina, precibus (v. 14) exoratur, ut (*extrinsecus duntaxat*) *pro sua magnitudine* (κατα τον πλουτον της δοξης αυτε) *conferat* (δωη) ad roborandum animum *per doctrinam*, ante a Spiritu ortam. Quod si vero conferas locum I. 19. III. 20. veri similius est, illud ΔΥΝΑΜΕΙ

κρατυνθῆναι *intrinsecus* (not. g) effici a divinæ *virtutis* (δυναμεως) magnitudine, quæ procreasse fidem (l. 19. extr.) & efficax esse dicitur *in credentibus* (v. 19. init. III. 20) *per Spiritum* divinum (Rom. VIII. 9. 11. 14. 16. V. 5. cf. not. m). v. Diss. cit. not 18.

e) Hoc etiam ipsum *Christo* (not. a). b) tribui, supra (§. 96) vidimus.

f) Dei (v. 3. 7. §. 110. d) filius, natus ad potiundum regno divino (v. 3. 5), seu (v. 15. 17) æterna salute, uno verbo (§. 119. b), πιςευων εις τον υιον τε μονογενες υ8 τ8 Θε8 (v. 15. ss.), talis fit εκ τε πνευματος (v. 5. s. 8), hoc est (v. 8), inexplicabili modo, efficiente (cf. not. b) incomprehensa Dei virtute (cf. πνευμα Gal. IV. 29).

g) v. Abh. über die Gnadenwirk. §. 6.

h) Adminiculo experientiæ cognoscimus, *quod facta* fit mutatio salutaris, peculiarem vero *Dei efficientiam* ea, quæ experimur, non item ostendunt. l. c. §. 2. Diff. cit. §. II. p. 5. Unde hæc efficientia nec debet inter *miracula* numerari (§. 37. b).

i) Abh. über die Gnadenw. §. 5.

k) Amoris divini fiducia (cf. v. 1. 11. & über den Zweck Joh. p. 214) perfunditur animus *per Spiritum S.* non modo quatenus auctor est doctrinæ lætabilis de Deo, sed quatenus *datur* christianis.

l) Pronomen ος non ad λογων, sed ad proximum nomen Θε8 referendum est, quia tum in antecedentibus id maxime agit apostolus, ut doctrinam, quam Thessalonicenses ex ipso audierint, *divinam*, non

humanam, esse confirmet, itaque hujus vocis θει praecipuam rationem haberi vult, tum sequens και ostendit, *eundem*, *qui in doctore efficacem se praebuerit*, ut *hominis* docentis institutio tamen esset vere a *Deo* profecta, *Deum* igitur *etiam* in auditoribus, doctrinae fidem habentibus, efficacem esse.

m) *Primi* loci verba extrema forent superflua, si nihil aliud dicerent, quam per *doctrinam*, a Spiritu S. profectam, augendos esse Romanos fiducia (ελπιδι, cf. Rom. XV. 12). Hoc enim ipsum modo dictum fuerat, Deum laetitia & concordia augere *per fidem*, *doctrinae* salutari tribuendam. Extrema igitur verba explicare citius videntur, quomodo *Deus* auctor sit fiduciae (θεος της ελπιδος, cf. Ebr. VII. 2. 1), quive *impleat laetae fiduciae*, quumque ea paganis aeque ac Judaeis ex doctrina divina communis sit (Rom. XV. 8 — 12), etiam (v. 7) mutuae concordiae impleat *per fidem*, doctrinae divinae adjunctam; hac nimirum ratione, ut ipse *per Spiritum sanctum* (ejus virtute ac ope, cf. not. k) fidem, doctrinae divinae habendam, atque ita pendentem ex ea (τω πιςευειν) laetam fiduciam (χαρας, ελπιδα) adjuvet. Similiter *tertius* locus *auxilium* (cf. εν 1 Cor. IX. 1. & III. 5 — 9) *Spiritus S.* conjungit cum *doctrina* sanctissima & *studio hominis*, ea utentis, precesque commendat, quia opus est auxilio divino, si quis velit τη αγιωτατη πιςει εποικοδομειν εαυτον. De loco *secundo* v. Diss. de Spiritus S. efficientia not. 35.

§. 116.

Quoniam vero salutaris mutatio, de qua

mox (L. V) enucleatius agetur, in iis, qui doctrina divina gaudent, *per hanc ipsam* (§. 102. s. 106) inchoatur atque longius provehitur (Jo. XVII. 20 17. VIII. 31. 32 *a*) Matth. VII. 24. s. Luc. VIII. 11. 15. Rom. X. 13 — 17. 1 Thess. II. 16. 1 Cor. IV. 15. XV. 1. 2. 1 Petr. I. 23. 25. II. 2. cf. Jac. I. 18. 21. & §. 121. b); divina illa (§. 115) efficientia non expectanda est seorsum a doctrina divina, sed *cum usu doctrinae*, etiam per se efficacis (§. 103. a), *conjuncta est* (Act. XX. 32. Rom. I. 16. 1 Cor. I, 18. *b*). Neque igitur veritatis salutaris notitia ac intelligentia a divino quodam afflatu, sed ex ipsius doctrinae, quae ad nos erudiendos divinitus promulgata est, & supervacanea foret, si non ex ea, sed alicunde notitia salutaris haurienda esset, legitima tractatione speranda est *c*), neque pii sensus, quorum ortus atque vivacitas contra repugnantis cupiditatis tyrannidem (§. 56) divina ope (§. 115) juvatur atque defenditur *d*), a doctrinae perceptae argumento, aut a morali natura hominis abhorrent, sed intellectae doctrinae consentanei (§. 121. b) & hactenus in hominis potestate (§. 74) sunt *e*), ut vel tueri, alere, sequi eos possit atque ita doctrinae cognitae (Matth. XIII. 23. coll. v. 19) & sen-

sibus adjunctis convenienter *f*) agat (Rom. VI. 12. 13. 16. 19. VIII. 4. 13), vel bonos sensus negligere atque opprimere possit (Matth. XIII. 20—22. Rom. VIII. 4. 12. s. Eph. IV. 30. cf. Act. VII. 51—53. XXIV. 25).

a) cf. Diss. II. in LL. N. T. histor. not. 76. Diss. I. p. 86.

b) v. Diss. de Spiritus S. efficientia §. VI.

c) v. Luc. XVI. 29. ss. & Abh. über die Gnadenwirk. §. 1. Quum christiani universe dicuntur *ipsius Dei efficientia illuminari* seu *edoceri* (λαβειν επιγνωσιν Ebr. VI. 4. coll. X. 26. cf. *Koppe* ad Eph. III. 9) debere (Eph. I. 17. s. Col. I. 9), intelligitur cognitio *conjuncta cum sensibus bonis congruentibus & vita consentanea* (v. 10 1 Cor. VIII. 2. 3. 1 Jo. II. 3. s. 9—11). Sed ad *efficacem* ejusmodi *ac salutarem* cognitionem omnino opus (not. d) est divinae efficientiae auxilio. Ceterum non negamus, ipsam quoque perspicientiam doctrinae juvari posse studio componendi animum & vitam ad ejusdem doctrinae normam (§. 107. c). & Diss. cit. not. 61).

d) Id sumi *posse*, dummodo naturae hominis morali nulla vis fiat, etiam *Kantius* (über das radikale Böse in der menschl. Natur) fatetur. v. Berl. Monatsschrift M. Apr. 1792. n. 2. maxime p. 370. 384. cf. *Rappinm* in Repertor. für empir. Psychol. T. II. p. 182.

e) De his omnibus, de vi sententiae doctrinarum ipsius, de conjuncta efficientia Dei, & de hominis potestate in obortos sensus, exponitur latius

in Diss. cit. §. XVI. XVIII. XIX. Abh. über die Gnadenw. §. 9. 2. p. 37. ss. Ibidem (§. 11) breviter attingitur *momentum* doctrinae de efficientia divina, uberius vero pertractatur in Diss. qua doctrina de Spiritus S. in mentibus nostris efficientia momento suo ponderatur.

f) Ceterum in iis quoque ipsis, qui bonis sensibus, per doctrinae argumentum & conjunctam Dei efficientiam ortis, non denegant obsequium, salutaris effectus *magnitudo* certe *diversa* est (Matth. XIII. 8. 23), prouti cum diligentia obsequii varia est, tum (§. 63. c) ingenii vis aliaque ad intelligentiam, sensum & usum veritatis adjumenta & incitamenta (§. 115. e) vel majora vel minora sunt. cf. §. 71. b).

LIBER QUINTUS

DE ANIMI VITÆQUE IMMUTATIONE PER DOCTRINAM DIVINAM, EJUSQUE AD SALUTIS ADEPTIONEM RATIONE.

§. 117.

Quamquam obedientia Christi (§. 87), nominatim ea, quam præstitit cruenta morte obeunda (Rom. V. 9. §. 88 — 91), justificationem (δικαιωσιν ζωης v. 18), h. e. vacuitatem futuræ (§. 89. c). d) pœnæ (κατακριματος v. 18. οργης v. 9) & aditum ad beatitatem (ζωην v. 18. a) *universitati hominum* (v. 18. §. 66) peperit: re tamen ipsa communi beneficio non potiuntur, qui per infidelitatem (§. 67) recusant, quin accipiant beneficium. Recusant vero accipere, & per infidelitatem (§. 72) recusant, qui nuncio de beneficio, quamvis eum cognoscere possint *b*), tamen non confidunt & acquiescunt, quia vel neglexerunt atque refugerunt accuratam & cupiditatis expertem veri cognitionem, vel certe consentaneos intellectæ veritati bonos sensus ac motus, divino auxilio (§. 115. f). g). k.) §. 116. 56. g) adjutos, oppresserunt. Accipiunt

vero beneficium, qui ex animo confidunt ita esse, quemadmodum narrat & promittit doctrina divina, qui vere statuunt (Rom. VI. 11. 2 Cor. V. 15. *c*) ipsi atque consentiunt, id, quod doctrina divina de omnibus verum esse pronunciat (§. 66), nominatim de ipsis (Rom. VI. 11. Gal. II. 19. f. Phil. III. 8. f. 1 Tim. I. 15) valere. *Justificamur* ergo *per fidem* (Rom. V. 1. III. 30. 28. Gal. II. 16), hoc est, a Deo judice (Rom. VIII. 33), quamvis sontes (IV. 5. III. 22—24), *tractamur d*) tamen *ut insontes, imo probi e*), seu vacuitatem a futura pœna *f*) & metu ejus (VIII. 33. f. X. 4. coll. 2 Cor. III. 9. Rom. V. 1. 9), ne multa, *veniam peccati impetramus* (IV. 5—8. Act. XIII. 38. f.), imo spe, qua esse poterant probi (Gal. V. 5. cf. not. e), & (cf. not. a), *beatitatis* magnificæ (δοξης τῳ θεȣ Rom. V. 1. coll. v. 2. VIII. 30. ζωης Tit. III. 7. Gal. III. 11. Rom. V. 17. ευλογιας Gal. III. 8. f.) *expectatione beamur* g) hac lege (Phil. III. 9. *h*) Gal. II. 16. Rom. III. 22. 26. IV. 11. 24. X. 4), ut doctrinæ *i*) de parta nobis per Christum salute & factis Dei, eo spectantibus, confidamus (v. 4. coll. v. 6—10. I. 16. f. coll. III. 21. ss.), ut *fiduciam* ac spem (Jo. III. 14. f. 1 Tim. I. 16. Rom. X. 11. IV. 17—24. 1 Petr.

I. 21. cf. Ebr. X. 19. *k*) *collocemus in Christo* (Rom. III. 26. 22. Gal. II. 16. Phil. III. 8. f. 1 Tim. I. 16. Act. XIII. 38. f. X. 43. XXVI. 15. 18), & nominatim *in morte ejus cruenta* (Jo. III. 14—16. Rom. III. 25. Gal. II. 20. cf. Ebr. X. 19. f.), qua subeunda peperit nobis salutem (not. f). g), sive in Deo, qui (§. 75. a) salutem ea nominatim ratione procuravit nobis (Rom. IV. 5. 24. f. V. 11. coll. v. 6. ss. 1 Petr. I. 21); ut hunc proprie Dei & Christi amorem vere agnoscamus ejusque sensu perfusi simus (1 Jo. IV. 16. coll. v. 9. f. Rom. V. 1. coll. v. 5. ss. §. 115. k).

a) Comm. in ep. ad Hebr. p. 637. f.

b) cf. supra §. 71. d). & Comm. in ep. ad Hebr. p. 685—687.

c) l. c. p. 517. Ceterum fieri potest, ut persuasioni illi, quamvis veræ ac salutari (Luc. XVIII. 14), luctandum sit cum metu ac pudore, ejusque præsentia cernatur potius *desiderii* gratiæ ardore (v 13), quam tranquillitate animi serena.

d) Deus *justificat* (δικαιοῖ) homines, quum *declarat* δικαίους (Diss. de sensu voc. δίκαιος & cognatarum in N. T. §. XX), sive, quum peccata, quorum eos probe videt reos esse (Rom. IV. 5), iis non imputat (v. 8), nec promerita eos pœna afficit (v. 7. 2 Cor. V. 19. cf. 2 Tim. IV. 16), sed innocentiam ac probitatem (δικαιοσύνην) eam, unde

tanta beatitas sperari posset, etiamsi probe sciat (Rom. III. 23. cf. Diss. cit. p. 36), hanc δικαιοσυνην desiderari, illis tamen sua judicis sententia immeritaque gratia (v. 24) adscribit, tribuit (λογιζεται IV. 6. 11. conf. Diss. cit. §. XIV — XVI) ac donat (V. 17), fiduciamque, positam in ipsius gratia (IV. 16), in iis, qui perfugio, miseris atque de sua innocentia ac probitate (ιδια δικαιοσυνη) X. 3. Phil. III. 9) desperantibus misericorditer præbito, utuntur, pro ea, quæ desideratur, innocentia ac probitate numerat (λογιζεται εις δικαιοσυνην Rom. IV. 5. & v. 9. 3. 22. coll. v. 23. ss. cf. Diss. cit. §. XV. & W. A. *Telleri* Wörterb. des N. T. ed. 5. p. 494), hoc est (v. Diss. cit. p. 31. ss.), quum *tractat* eos ut innocentes ac probos, absolvit eos peccatis, vere admissis, dat iis spem beatitatis, quamvis immeritæ, hisque *factis* suis declarat innocentes ac probos (δικαιοι, cf. l. c. §. XX. p. 42. §. XXVI). Unde ipsum illud beneficium divinum, quo sontes absolvuntur & probitate legitima destituti tamen tractantur ut legitime probi, δικαιοσυνης nomen invenit (2 Cor. III. 9. Rom. X. 4. 10. VIII. 10. Jo. XVI. 8. 10. cf. Ebr. V. 13. p). Diss. cit. §. XIII. XVII. f.), nempe δικαιοσυνης ΕΚ ΘΕΟΥ (Phil. III. 9. cf. l. c. not. 79), aut brevius (Rom. I. 17. III. 21. f.) δικαιοσυνη ΘΕΟΥ, h. e. non proprio hominum merito nitentis sed Dei munere (V. 17) iis assignatæ innocentiæ ac probitatis, quæ ipsa δικαιωσις est. cf. III. 21. f. cum v. 24. 26. 28. 30. & Comm. in ep ad Hebr. p. 443. 674. f.

e) Hoc inde apparet, quod non modo liberamur pœna (not. f), tanquam insontes essemus, sed no-

bis iisdem, quamvis legitima probitate destitutis (Rom. III. 20. 23); tamen, nullo nostro merito (v. 24), quia in divina clementia (v. 24. IV. 16) fiduciam collocamus (ἐκ πίστεως); etiam ἐλπὶς δικαιοσύνης (Gal. V. 5. cf. Comm. cit. p. 444. ss.), h. e. (III. 11. s. Rom. X. 5) spes ζωῆς fit (not. g), tanquam si essemus probi (ποιηταὶ τῦ νόμου, hoc sensu δικαιοι Rom. II. 13). Ut (obedientiæ Christi caussa) tractari possemus tanquam *probi* & beata civitate *digni* (not. g), per supplicium servatoris not. f) amovenda prius (§. 88. b). sub finem) erat dubitatio, nos *etiam poena* teneri, nec solum *jus* nobis *non esse* cœlestis civitatis *obtinendae*, sed *jus esse* nos *excludi*, non modo *non meruisse* nos obedientia (§. 24), *ut recipiamur* beata civitate, sed Adamum nosque etiam ipsos *esse meritos* inobedientia (§. 24), *ne admittamur*; prius ergo tollendæ erant *poenae*, tum communis illa exilii e civitate beata, qua genus humanum universe (§. 57. extr.) tenetur, tum sua cujusque propria culpa promeritæ (§. 89. d). Ita demum legi (§. 24) ex omni parte satisfiebat. v. Comm. cit. p. 667. s.

f) v. Diss. de sensu vocis δίκαιος §. XXIV. Hoc beneficium justificati debent servatoris (Rom. III. 24) *morti cruentae* (v. 25), *quatenus erat perpessio poenae* & justitiæ divinæ documentum (v. 25. s. §. 89. 91).

g) v. Diss. cit. §. XXV. Hoc beneficium justificati debent Servatoris obedientiæ (§. 87), & nominatim *morti cruentae*, *quatenus erat summa obedientia* (§. 88. b). Cum igitur *obedientiae* (Rom. V.

19), cujus caussa *Christus* potuit ac debuit haberi ΔΙΚΑΙΟΣ (v. 18. Comm. cit. p. 591), acceptam referamus δικαιωσιν nostram (v. 18), seu (not. d) *attributam nobis δικαιοσυνην* (hoc, quod numeramur δικαιοι v. 19. cf. l. c. p. 636. f.); sacrarum literarum sententiae non contraria est formula recepta, *imputari* hominibus *justitiam* (obedientiam) *Christi* cf. l. c. p. 669.

h) v. Diff. de sensu vocis δικαιος not. 70.

i) Comm. in ep. ad Hebr. p. 557. & Diff. in epp. Paulli min. aliquot loca not. 174.

k) v. Comm. in ep. ad Hebr. p. 430. f. 394. f.

§. 118.

Haec salutis fruendae conditio (§. 117. h) procuratae salutis rationi ac viae (§. 92) unice consentanea est. *Re* enim *vera* justificati salutem, qua potiuntur, *non suo* ipsorum *merito*, sed *Dei*, qui servatorem nobis misit, *clementiae* & *Christi*, Servatoris, *merito* (§. 87 ss.) debent (Rom. III. 24. §. 73), & justificari *per fidem* (§. 117) *hoc ipsum dicit a*), justificari hominem Christianum *nullo suo merito* nullorumque praeclare factorum caussa (v. 28. IX. 32. Gal. II. 16. Eph. II. 8. 9. §. 73. c), *propter Dei clementiam* (Rom. IV. 16. Eph. II. 8), qua erga nos usus est mittendo Christo (Gal. II. 20. 21. *b*), *propter Christum* (v. 16. coll. v. 17.

Act. XIII. 38. f. X. 43); justificari hominem, non quo meruisset, ut salutis (ζωης), cujus compos fiat (Gal. III. 11), praemio decoraretur, (ποιησας ει οις ανθρωπος ζησεται v. 12. εργαζομενω Rom. IV. 4. *c*), sed contraria prorsus ratione (ουκ εν νομω Gal. III. 11. Rom. X. 4. III. 21. μη ποιησαντα εκεινα εν οις ανθρωπος ζησεται Gal. III. 12. Rom. X. 5. μη εργαζομενον IV. 5), hoc igitur pacto justificari, ut agat, quod solum *d)* relinquatur ei, qui praemium non meruit, & suis factis confidere (v. 4) aut gloriari (v. 2. III. 27. Eph. II. 9) non potest, ut (πιςευη *dd*) seu) confidat alii, qui sic instituit (Rom. III. 24—26. §. 92), ut non meritos praemia, imo sontes tamen justificare v. 22—24. IV. 5), & spem, in ipso ejusque praeclarissime factis (X. 6—9. coll. IV. 24. f.) collocatam, clementer pro δικαιοσυνη numerare (v. 5. 24. §. 117. d), huicque, non obedientiae, sed fiduciae caussa (εκ πιςεως, non εκ νομου X. 5. f. Gal. III. 11. 12) assignatae, probitati (δικαιοσυνη) salutem (ζωην), obedientiae debitam (v. 12), nihilominus concedere (v. 11. Rom. I. 17. *e*) possit. Uno verbo, *fiducia* in Dei gratia & Christi merito sita (πιςις) est *sensus hominis, cum justificationis natura* & rei veritate *congruentissimus; per fidem* accipimus beneficium

gratuitum *pro gratuito, quod re ipsa est, beneficio f*).

a) l. c. p. 675. ss.

b) l. c. p. 456. s.

c) Mirum est, hanc vocem εργαζομενος, quae de præclarissimis facinoribus usurpatur (Jo. V. 17. IX. 4. Rom. II. 10. Gal. VI. 10. Ebr. XI. 33), ab eruditissimo *Tellero* (Relig. der Vollkommnern pag. 8) tam male audire. Nostro quidem loco (Rom. IV) εργαζομενος perspicue est *qui praestitit* (cf. Diss. in epp. Paulli min. aliquot loca not. 29) *ea, quibus praemium* (μισθος) *debetur* (v. 4), μη εργαζομενος autem, *qui non egit digna praemio*, contra vero sons (ασεβης v. 5) est. Cum enim εργον etiam significet *facti praemium* (Apoc. XIV. 13. cf. *Schleusneri* Lex. in N. T. T. I. p. 826. n. 9. *Kypke* in Jac. I. 4. Obss. gr. p. 14. Diss. II. in ep. ad Col. not. 62), εργαζεσθαι (ποιειν εργον, εργαζεσθαι εργον) est *acquirere* (cf. *Raphelii* Annott. ex Herodot. ad Matth. XXV. 16. über den Zwek Joh. p 245) *praemium laboris*, agendo mereri præmia (cf. 2 Jo. 8).

d) *Fides* a divinorum præscriptorum ea observatione, quæ sua virtute fit beatitatis tanquam præmii conciliatrix, sive *ab humano merito* tam liquido discernitur (Gal. III. 11. f. Rom. X. 4. ss. IV. 4—6. 16. coll. XI. 6. Eph. II. 8. f.), ut *nec fides ipsa* pro *caussa meritoria* salutis haberi queat. Et sane fiducia in servatorem divinitus datum posita, quantumvis bona ac laudabilis (§. 119—121), nec superiorem culpam amovet, ut homo fiduciæ suæ me-

rito fons (ἀσεβοῦς Rom. IV. 5) esse desipat, & tantum certe pretium non habet, ut salutem, *qualis* credenti *promissa est*, pro debito præmio expectare possit (§. 73). Non *est* ejusmodi virtus aut probitas, quæ digna sit tanta beatitate, sed *putatur duntaxat* pro tali probitate (v. 5. 24. §. 117 d), seu tractatur ut δικαιοσύνη, quæ tanta sperare possit (Gal. V. 5. §. 117. e). Et res ipsa loquitur, non ex fiducia salutem, quæ creditur, sed fiduciam ex veritate rei credendae pendere, h. e. veniam peccatorum & beatitatem magnificam recte sperari non posse, nisi alia de caussa jam ante sit decreta atque promissa. v. Comm. in ep. ad Hebr. p. 395 — 405.

dd) Rom. XI. 22. ἐπιμένειν τῇ χρηστότητι disjungitur ab ἐπιμένειν τῇ ἀπιστίᾳ v. 23. Πίστις igitur est modestus (v. 20) *benignitatis* divinæ (χρηστότητος) fructus (cf. Joh. XV. 9. manere in *amore* de manente *fructu amoris*), *modesta fiducia* benignitatis divinæ (cf. über den Zwek der evl. Gesch. Joh. p. 214).

e) Comment. in ep. ad Hebr. P. II. §. 19.

f) *Fides* igitur re vera est *acceptio* beneficii justificationis, quod omnibus paratum est (§. 117).

§. 119.

Verum enim vero salutis hæc conditio, ut in Dei gratia & Christi merito fiduciam ponamus, non ideo tantum proposita est, quod cum beneficio oblato conjunctissima (§. 118) & æquissima est, sed propterea quoque *a*) sapienter lata videri debet, quod, si

adducamur ad eam, hactenus etiam magno nobis bono (Act. III. 26. Rom. VI. 21. f. VII. 12. f. VIII. 6. Tit. III. 8) est, quoad *animus* noster *ac vita* per ipsam illam fiduciam (Jo. III. 14—16. *b*) *emendatur* (v. 3—8. *c*). Cum enim fides sine notitia (Rom. X. 14. Eph. I. 13. Matth. XIII. 19) & assensu (1 Thess. II. 13. cf. Ebr. IV. 2) universe (§. 121) nulla sit: tum frigidus assensus in rebus, nostram salutem (§. 117. f.) spectantibus & tam vehementer ad nos pertinentibus, nequit verus haberi aut sufficere (cf. Jac. II. 14. 17. 20. 26. 2 Petr. I. 8. 9. *d*), sed veri nominis fides non potest carere sensu (Rom. V. 5. 2 Cor. V. 14. *e*), nexo e veritatis, de qua persuasum nobis est, argumento (v. 15. Rom. V. 6. ss.). Quando igitur vera Christi fiducia praediti sic persuasum habent (§. 117), manere ipsos beatitatem incredibilem, idque mero Dei & Christi beneficio; ex ipsa hac fiducia nectitur (2 Cor. V. 15. *f*) cf. Ebr. IX. 14. g) cum magnitudo animi, quae servitutem vitiositatis magnifica expectatione & dignitate excelsa hominis christiani alienam & sanctimoniae ardentissimum studium se unice dignum existimat (Eph. II. 4—10. Coll. III. 1—8. Rom. VI. 11—13. Tit II. 11—14. 1 Pet. I. 3. f. coll.

v. 14—16. *g*), tum (Philem. 5. 6. *h*) Gal. V. 6) gratus animus & amor, uno verbo, pietas erga benefactorem (Luc. VII. 42. f. 47. 1 Jo. IV. 19. coll. v. 16. 9. f. cf. Ebr. XII. 28. VIII. 11. 12), unde manat obedientia erga Deum & Christum (1 Jo. V. 3. Jo. XV. 14. cf. Ebr. VIII. 10. cum v. 11. f.), ac nominatim amor aliorum, quos Deus & Christus æque ut nos ipsos (§. 66) amavit et amari vult (1 Jo. IV. 9—11. Jo. XV. 12—14. Eph. V. 2. Phil. II. 4—8. Rom. XIV. 15). Divina misericordia (Rom. III. 21—XI. 32) & promissa Dei, quibus confidimus, ad studiorum animi & rationis vivendi emendationem ducunt (XII. 1. 2. cf. 2 Petr. I. 4).

a) cf. 2 Petr. I. 3. ubi non ea tantum, quæ pertinent ad *beatitatem* (§. 117. f.), sed & quæ pertinent ad *pietatem*, divinitus dari leguntur *per Dei clementissimi* & (v. 2. 8) Jesu Christi *cognitionem*, h. e. (v. 1. 5) *per fidem*, unde pendeat omne genus virtutum (v. 5—7). v. Comm. in ep. ad Hebr. p. 417. f. 683. 689. ss. 415.

b) *Quo modo* (v. 4. 9) renascatur homo, explicari non poterat (v 7. 8. §. 115. f), nisi eatenus, ut hæc immutatio fiat, *per fiduciam Christi* (v. 11—18).

c) Qui fiduciam ponit in Christum (v. 15. ss.), is (not. b) Dei filius est (γεγεννημένος ἄνωθεν v. 3. 7.

coll. §. 115. f). & 1 Jo. V. 1. 4. f.) h. e. (Rom. VIII. 13 — 17) beatus (certa in spe habens regnum divinum Jo. III. 3. 5. sive ζωην αιωνιον v. 15 — 17), hactenus αναγεγεννημενος (1 Petr. I. 3. f.). Verum non *beatitate* sola Dei similior evasit, sed etiam (cf. *Noesselti* Opusc Fasc. II n. XIII) *sanctimonia* (v. 14 — 16. Matth. V. 45. 48. Eph. V. 1. cf. 2 Petr. I. 4. not. a); hactenus quoque αναγεγεννημενος est (1 ep. I. 23), ut animus castior (v. 22) evaserit. cf. Ebr. XII. 10. n). Unde ab ingressuris regnum divinum, quos ex superiore illa Domini sententia (Jo. III. 3. 5. 7) oportet ΓΕΝΝΗΘΗΝΑΙ ΑΝΩΘΕΝ, idem Dominus postulare consueverat μετανοιαν (Matth. IV. 17. XI. 20. 21. cf. Marc. VI. 12. cum Luc. IX. 6. 2. & Matth. X. 7), similiterque Paullus Tit. III. 5. παλιγγενεσιαν explicat per *immutationem in melius* (ΑΝΑΚΑΙΝΩΣΙΝ) divinitus a Spiritu S. (§. 115. d) ortam, cujus virtute homo alius (*novus*, cf. 2 Cor. V. 17. Gal. VI. 15. & Comm. cit. p. 513. f.), tum beatior tum (Rom. XII. 2. Eph. IV. 23. f.) melior fieri cœperit. Qui *per fidem* (cf. Act. XXVI. 18), Spiritus sancti virtute ortam (§. 115. k), igitur *a divino Spiritu in populum Dei* (ordinem των αγιων §. 99. e) sic *recipitur*, ut destinata (v. supra p. 218) populo Dei (christianis universim) *beatitate* re ipsa (l. c. p. 220) gaudeat, qui hactenus ΑΓΙΑΖΕΤΑΙ υπο πνευματος, ut BEATISSIMO populo Dei re vera (cf. §. 71. a) adjunctus sit, cui ΣΩΤΗΡΙΑ εν ΑΓΙΑΣΜΩ πνευματος και πιςει αληθειας obtingit (2 Thess. I. 13); is hoc ipso (per αγιασμον πνευματος και πιςιν αληθειας) etiam immutatur (ανακαινεται) talisque efficitur a divino Spiritu (Tit. III. 5), ut locum obtinere possit in populo ERGA

DEUM SUUM PIO (1 Petr. I. 2, II. 9. cf. l. c. p. 606. 414. ss.), is eatenus quoque (I. 14—16) *sanctificatur* (αγιαζεται, cf. 1 Thess. V. 23), populove Dei eatenus est atque *conservatur* (Joh. XVII. 17. 19. cf. Diss. II. in LL. N. T. histor. aliquot locos not. 76) adscriptus, ut *sanctimoniae* (1 Thess. IV. 3. Rom. VI. 19. 2 Cor. VII. 1. cf. Ebr. XII. 14), quae digna est populo Dei (Eph. V. 3. 27.), studiosus sit magisque & magis (Joh. XVII. 17. 1 Thess. V. 23. §. 121. e) fiat. Qui sic immutantur, ii per fidem (Act. XXVI. 18. cf. XI. 21) dicuntur etiam averti a malo (III. 26. XXVI. 18. cf. Jac. V. 19. s.) atque (cf. Sirac. XVII. 25. s. 29) *converti* ad Deum & Christum (Act. XXVI. 18. Luc. I. 16. 2 Cor. III. 16. 1 Petr. II. 25), pro qua formula alias est METANOEIN (Act. XXVI. 20. III. 19. cf. XV. 3. cum XI. 18. & επιςραφησεσθαι εξ αδικιας apud LXX. Iob. XXXVI. 10. cum *Symmachi* versione: μεταγοησωσι). Idem vero sonat hoc verbum, quod *resipiscere* (Luc. XV. 7. 10. coll. v. 17. ss. V. 32. Rom. II. 4. Act. XVII. 30. cf. Sap. XI. 24. Sir. XLIV. 16), mutare animum pravum (Act. VIII. 21. s. cf. Sap. XII. 10. 19. s.), eoque ipso (Matth. VII. 16—20. XII. 33—35) vitam seu rationem agendi emendare (Act. XXVI. 20. Luc. III. 8—14. cf. Ebr. VI. 1).

d) v. Comm. in ep. ad Hebr. p. 389. s. 683.

e) l. c. p. 509. s.

f) l. c. p. 510. s. 413. ss.

g) l. c. p. 383. 411. ss. 521.

h) v. de hoc loco Diss. II. in ep. ad Col. not. 115. 123. Universe autem cf. cit. Comm. p. 386—390. 602.

§. 120.

Deinde peccatorum *poenitentia a)*, seu agnitio cum dolore *b)*, qua ad fidem gignendam opus est (Gal. III. 24. Luc. XVIII. 13. XV. 17 · 20. *c)*, eadem, avertendo animo ab amore peccandi & convertendo ad studium boni (2 Cor. VII 11), emendationem animi ac vitae (μετάνοιαν §. 119. c) adjuvat (Luc. XV. 17—19. coll. v. 7. 10. 2 Cor. VII. 9. 10. cf. not a), dummodo fides accedat (Luc. XV. 28. 20), quae & salutis desperationem *d)* cavet (§. 117), & peccati fugiendi studium ipsa auget (Rom. VI. 2. 6. f. 11. f. 1 Petr. III. 21—IV. 2. §. 111. c).

a) Etsi (cf. *Michaelis* Dogm. §. 148) vox μετανοίας *poenitentiae* (μεταμελείας) significatum non modo apud graecos (cf. *Schleusneri* Lex. N. T. T. II. p. 112. f. n. 1), sed etiam apud hebraizantes scriptores habet (cf. Sir. XVII. 24. Sap. V. 3. & LXX. interpretes, apud quos verbum μετανοεῖν hebraico נחם saepius respondet), eandemque vim in ipso N. T. interdum (v. c. Luc. XVII. 4) obtinet; tamen, ubi de mutatione salutari agitur, *hanc universe* indicat (XV. 7. 10. §. 119. c), prout ex poenitentia (v. 17—19) *& fiducia* (v. 18. 20) constat (cf. Comm. in ep. ad Hebr. p. 394), nec proprie poenitentiam (λύπην) solam dicit, quam potius μετάνοια ipsa sequi demum legitur 2 Cor. VII. 9. 10. cf. Act. II. 37. cum v. 38. Sed universa illa μετανοίας (emendationis) notione

pœnitentiam (μεταμελειαν) ut partem contineri, ex eo intelligitur, quod, ipsius hujus μεταμελειας, quæ in salutari mutatione (μετανοια εις σωτηριαν) inest, ratione habita, μετανοια 2 Cor. VII. 10. dicitur ΑΜΕΤΑΜΕΛΗΤΟΣ. Sic μετανοια, quam Joannes baptista postulavit (Matth. III. 2 11), h. e. immutatio ea, unde studiorum animi & vitæ ratio alia progigneretur (v. 8, 10), conjuncta certe erat cum *agnitione peccatorum* (v. 6). Christi dictum Marc. I. 15. verbo μετανοειν in eandem sententiam utitur ac Joanneum. Neque enim eo additur fidei mentio, quod μετανοειν pœnitentiam solam, seorsum a fiducia, significet, sed ut appareat, μετανοιαν, quæ, quia mutationem salutarem universe, non eam duntaxat partem, quæ in pœnitentia sita est, indicat, in loco simili Matth. IV. 17. poterat *sola* memorari, per evangelium, h. e. *per fidem, doctrinae Christi habendam* (§. 121), *effici*. Qua de caussa Act. XX. 21. ἡ πιστις ἡ εις χριστον seorsum appelletur a mutatione salutari (μετανοια), per quam animus ad Deum convertatur (cf. XIV. 15. XV. 19. 1 Thess. I. 9), alias exposuimus (Diss. II. in ep. ad Col. not. 115. p. 42. cf. über den Zwek der evl. Gesch. Joh. p. 462).

b) Agnitio peccatorum, unde principium emendationis ducitur (Eph. V. 13. f. cf. Diss. in epp. Paulli min. aliquot loca not. 81. f 86. & Jac. IV. 9. not. 147), est culpæ (Luc. XV. 18. f. 21. Jer. XIV. 20. Dan IX. 5. ss.) ac miseriæ (Luc. XV. 17. 24. 32. coll. Rom. VIII. 6 – 8. 13. cf. Jac. IV. 9. init.), uno verbo, magni *mali* agnitio, ex qua sensus alius necti non potest quam *acerbus ac tristis* (Luc. XVIII. 13. Ps. LI. 19. Jer. XXXI. 19. cf. Jac. IV. 9). Quia

vero hic mœror non *per se* (2 Cor. VII. 9), eove consilio, ut *gratis* (§. 117. f.) propter pœnam, *a Servatore* divinitus misso persolutam (§. 117. f), justificandi *sustineant* illum certe dolorem pro pœnis meritis (§. 58), postulatur; sed *agnitio* peccatorum, cujus natura est ejusmodi, ut dolore non possit vacare, illud proprie est, quod requiritur (1 Joh. I. 8. ss. Jer. II. 35. III. 13. Ps. XXXII. 5. LI. 5. f.) *salutis nostrae & laetitiae caussa* (cf. Jac. IV. 10), utpote necessarium ad *salutarem* (§. 119) μετάνοιαν (2 Cor. VII. 9. 10), & nominatim ad fidem (not. c), quæ fontes ac miseros *laetabili* peccatorum venia beat (Rom. IV. 5. 9. §. 117): idcirco non potest in universum constitui certa mensura & significatio doloris de peccato, sed mœstitia, quæ universe apud alios, quamvis vere omnes doleant, aliter exserere se solet, etiam in hac nominatim caussa vera ac justa est, dummodo proficiscatur a vera seriaque peccatorum agnitione & improbatione.

c) Qui suæ virtuti (ἰδία δικαιοσύνῃ Rom. X. 3) confidit (Luc. XVIII. 9. 11. f.), vitiorum suorum & culpæ suæ & justitiæ divinæ (Rom. X. 3. init.) immemor, is non accommodat se doctrinæ de gratuita justificatione (v. 3. extr. cf. Comm. in ep. ad Hebr. p. 554. 557. 400), ideoque (§. 117. f.) nec justificatur (Luc. XVIII. 14. cf. Diss. de sensu voc. δίκαιος not. 110). Sensus culpæ ac miseriæ ducit ad clementiæ divinæ desiderium (v. 13. XV. 17 — 20.), lex, unde oritur *peccati agnitio* (Rom. III. 20), hæc igitur ipsa agnitio deducit ad Christum, ut, de nostro merito desperantes, Christi fiducia *gestiamus justificari* (Gal. III. 24. cf. Comm. cit. p. 469.

448), itaque doctrinam de gratuita justificatione, quam magno momento æstimare didicimus, tanto studiosius expendamus & tanto religiosius tractemus. Sed in ipso etiam progressu, laudati sensus (cf. Act. IX. 9. 11. 19) redintegratio prodest ad fidem & gratuiti beneficii divini (§. 118) gratam memoriam (§. 119) conservandam (cf. 2 Petr. I. 9. Comm. cit p. 389 f.) & augendam. 1 Tim. I. 12 — 16. 1 Cor. XV. 8 — 10. cf. Diss. de sensu histor. p. 4. f.

d) Qui desperant saluti suæ, eorum tristitia nocet (2 Cor. II. 7), quia studium emendationis cum ipsa melioris conditionis spe præcidit (Matth. XXVII. 4. f. cf. *Melanchthonis* Locos theol. p. 498 — 500) vel degenerat in contemtionem officii tanto effusiorem, quod, quamvis reverentes Dei, ejus tamen gratiam se recuperare non posse, falso (Ps. CXXX. 4) existimant. v. Comm. in ep. ad Hebr. p. 570. f.

§. 121.

Extremo fiduciæ meriti Christi (Jo. III. 14 — 16), per quam justificamur (§. 117. f.), ea natura est, ut nitatur *a*) auctoritatis Christi (v. 11 — 13) & divinorum attributorum (Rom. IV. 20. f. coll. v. 23. f. Jo. III. 33. 1 Jo. V. 10 cf. Act. XVI. 34. cum v. 31) fiducia universa, cum qua nexu proximo cohæret sanctimoniæ studium (Tit. III. 8). Nectitur enim ex ea studium accommodandi se *b*) ad doctrinam Christi universam, sive ad *evange-*

lium late dictum *c*), non modo ad nuntium lætum de venia peccati & salute conjuncta, quam Christi merito debeamus, (ad *evangelium*, *angustius* dictum *d*), sed etiam ad *legem* Christi. *e*).

a) Doctrina Jesu & apostolorum de consilio mortis Jesu nemo potest ex animo confidere, nisi qui Jesum & apostolos pro legatis Dei (v. Comm. in ep. ad Hebr. p. 533. ss.) & Deum pro veracissimo (§. 6. c). §. 27) habet, imo qui personæ Jesu Christi eminentissimam dignitatem agnoscit (§. 82. a). Sed qui ita sentit de Jesu Christo, apud eum *universa* Christi & (§. 111. a) apostolorum doctrina non potest non divinam auctoritatem habere (§. 82. c).

b) Qui ex animo fidem habet doctrinæ Christi & apostolorum, is hoc ipso colit *Deum* (Rom. IV. 20. Jo. III. 33. cf. disjunctum 1 Jo. V. 10), cujus fidelitate & reliqua (cf. Rom. IV. 21) perfectione, unde fides & constantia divina intelligitur (§. 26), ad assentiendum *divinis* Christi & apostolorum præceptis movetur (not. a), quumque eorum (§. 72. 71. d), quibus doctrina Christi innotuit, *officium* fit, Deum illo modo colere, & doctrina divina hunc cultum diserte postulet (Joh. VIII. 42 — 47. X. 24 — 27. XV. 22 — 24. 1 Jo. III. 23), credendo *paremus* voluntati & doctrinæ divinæ (Rom. I. 5. cf. Act. VI. 7. Ebr. II. 1. o). & disjunctum Rom. X. 16. 3), eive non refragamur (v. 21. Act. XIII. 45 f. cf. Ebr. XII. 25), sed *accommodamus nos*. Quod si vero doctrinis, ad nos pertinentibus, assensum ex animo præbemus, assensio nostra non poterit frigi-

da esse (§. 119), sed pro doctrinæ vel res lætas exponentis ac promittentis, vel tristem conditionem demonstrantis aut minantis, vel præcipientis aut interdicentis, vario argumento varii sensus, ut lætitia & alacritas, spes, gratus animus (§. 119), tristitia (§. 120. b), metus (2 Cor. V. 10 f.) cf. Comm. in ep. ad Hebr. p. 507. & Ebr. XII. 28. g), obligationis & moralis necessitatis sensus (Act. IV. 19. 20. V. 29), adjungentur (cf. Ebr. XI. 1. u), quorum ope, nisi reprimamus eos, etiam facta, doctrinæ assensu probatæ congrua, existent. Ergo fides, doctrinæ divinæ tributa, cum per se ipsa est τηρησις εντολων θεȣ (1 Jo. III. 23), tum vero illius (1 Cor. VII. 19) mater est, efficiens adjuvansque omne genus bonorum sensuum & recte factorum Gal. V. 6. cf. 2 Petr. I. 5—9. 3. (§. 119. a). d). Ebr. XI. 4. f). 7. x). 8—10. 17—19. Jac. II. 22. & Comm. in ep. ad Hebr. p. 395.

c) 1 Tim. I. 10. f. Rom. II. 16. 2 Thess. I. 8. 1 Petr. IV. 17. Matth. IV. 23. coll. v. 17. Luc. III. 18. coll. v. 7. ss. XX. 1. Act. XV. 35. XIV. 15. XVII. 18. 1 Cor. XV. 1—11.

d) Matth. XXVI. 13. (cf. Diss. III. in LL. N. T. hist. p. 10) Rom. X. 16. coll. v. 3—15. & IX. 31. ss. I. 16. coll. v. 17. & III. 21. ss. Quia evangelium, hoc sensu dictum, est (§. 117. f.) doctrina de gratuito, quo confidere liceat, beneficio Dei, per Christum exhibito, (de δικαιοσυνη θεȣ εκ πιστεως X. 3. f. 6. I. 17. III. 21. ss.), injungens (I. 17. εις πιστιν, cf. Diss. de sensu vocis δικαιος not. 68. *Heumanni* Erkl. des N. T. P. VII. p. 50) fiduciam Christi, non proprii meriti, (πιστιν hoc sensu acceptam Gal. II.

16 — III. 22. §. 118); appellari poterat doctrina de fiducia Christi, (το ϱημα της πιϛεως Rom. X. 8), sive (Comm. in ep. ad Hebr. p. 557) πιϛις (Gal. III. 23), πιϛις εν τω αιματι αυτȣ (Rom. III. 25), quod ipsum nomen πιϛεως *per synecdochen* partis pro toto cum universa doctrina, cujus pars est doctrina de fiducia meriti Christi, sive cum evangelio *latius* dicto communicatur (Act. VI. 7. Rom. I. 5. Jud. 3. 20). Et sane universa doctrina Christi est *laeta* (ευαγγελιον, καλον ϱημα, cf. Ebr. VI. 5. m), spectans nostram salutem (1 Cor. XV. 2. Eph. I. 13. cf Ebr. II. 3. IV. 2), etiam quoad praescribit (§. 119. init.) minisque deterret ab jactura salutis (cf. Ebr. IV. 1. 2). Quamquam vox πιϛεως, etiamsi non dicatur proprie de fiducia meriti Christi (§. 118), sed universe de assensu doctrinae Christi debito (not. a). b), tamen vel sic ad *doctrinam Christi universam* significandam transferri poterat *per transnominationem* (Obss. gr. p. 19). Nempe *latius* dictum evangelium est *doctrina* cum assensu suscipienda, seu *credenda*.

e) *Lex* Christi (Gal. VI. 2. cf. 1 Cor. IX. 21) significat praecepta (Jo. XV. 10. 12. 14. Matth. V. 22. ss. VII. 23. s. 1 Jo. II. 3—5) Christi de officiis, quae ex maxima parte jam in V. F. libris tradita fuerant (Matth. V. 17—19. Luc. X. 25—28. Gal. V. 13. s. 22. s. 1 Tim. I. 8—11) ipsoque etiam rationis usu recto cognosci possunt (Rom. II. 12—15. I. 19—32. Phil. IV. 8); sed christiana disciplina saepe traducit antiqua praecepta ad res novas, per Christi doctrinam patefactas introductasque, ut praeceptis de cultu Dei, aut de officiis, ad societatem spectantibus, praecepta de cultu (§. 42. s.) Christi, aut de offi-

ciis, ad ecclesiam pertinentibus (§. 105—107), contineri patet, dummodo christiana doctrina de Christo, aut de constitutione & natura ecclesiæ cognita fuerit atque probata. Nec tamen nulla prorsus Christi præcepta extant (§. 109. 113), quæ nova ipsa sint. cf. b. *Reussii* Elem. Theol. mor. p. 190. s. Illa igitur Christi lex *vere lex* est (Comm. in ep. ad Hebr. p. 681. s.), quam *servare debemus ac possumus* (Matth. V. 19. VII. 24. Luc. X. 28. Jo. XIV. 21. 23. XV. 10. 14. VIII. 51. Gal. VI. 2. 1 Jo. I. 5. s. II. 3—6. III. 6—10. 22. ss. V. 2. s. cf. Ebr. X. 36. Jac. I. 22—25. II. 8. ss.). Quamquam enim beatitas, quam christiana doctrina proponit, talis ac tanta est (§. 73. 118), ut nostro merito impetrari utique non possit: tamen, ubi semel decreta est sontibus atque imperfectis hominibus (§. 73. a), hæc *lex* (. 67. 72) data atque promulgata est, ut salutis propositæ jacturam faciant & graves pœnas (§. 58) luant, quotquot se non accommodent (not. b) doctrinæ Christi universe (Jo. III. 18. 36. 2 Theff. I. 8. Act. XIII. 46. cf. Marc. XVI. 16. Ebr. II. 1—3. X. 26—31. 38. s.), & nominatim præceptis ejus (Matth. VII. 21—27. XIII. 41. Rom. VIII. 13. coll. v. 6. 7. Gal. V. 19—21. 1 Cor. VI. 9. s. 1 Petr. I. 14—17. cf. Ebr. XII. 14), iique etiam ipsi qui doctrinæ Christi se accommodent, salutis potiantur accommodate (§. 63. d) *ad mensuram* studii, quo animum vitamque componant ad doctrinæ Christi normam. Quamquam doctrina Christi, ut decet normam, sanctimoniæ perfectum exemplar proponit, ad quod optimorum quoque christianorum similitudo ex multis partibus deficit (§. 56. extr.); hæc

certe *lex*, quae proprie scripta est, iniqua aut humanae imbecillitati minus accommodata censeri nequit, ut a mitissimo & humanae infirmitatis probe gnaro (Matth. XVII. 17. XXVI. 41. §. 85) magistro fideliter saltem discere non desistamus (XI. 29. s.), ut sanctimoniae continuo saltem studio ardeamus (V. 6), atque ad propositum exemplar pedetentim proprius accedere nitamur (Phil. III. 12—15. 2 Cor. VII. 1. 1 Cor. XV. 58. 1 Thess. IV. 1. 10. Col. I. 9. s. Eph. IV. 15. 1 Petr. II. 2. cf. 2 ep. III. 18). Longe alio sensu *lex* dicitur, quum Christus ei *finem fecisse* (Rom. X. 4. §. 114. i) eave suos *exsolvisse* (VI. 14. VII. 1—6. Gal. II. 19. V. 18) dicitur. Tametsi enim locis laudatis non intelligi licet *solam* Mosaicae legis partem *cerimonialem*, quae nihil utique ad christianos pertinet (Jo. IV. 21. §. 93), aut *civiles* Mosis leges, quae aliis civitatibus nec accommodatae nec impositae fuerant (cf. *Michaelis* Dogm. §. 165); sed contextus (Rom. VII. 7. ss.) perspicue docet, ipsam quoque moralem partem, quam christiana disciplina congruenter cum Mosaica lege injungit (Gal. V. 13. 14. 16. 19—23. VI. 2), nullo modo eximendam esse (§. 73. c): lex tamen his locis non spectatur ut norma vivendi proposita hominibus, quibus ceterum liceat divina *clementia confidere* & *gratuitam* beatitatem expectare, sed ut regula, ad quam poenae & praemiorum assignatio tam exacte dirigatur, ut *clementiae nullum locum relinquat* (II. 21. III. 10. Rom. VI. 14) omnemque *fiduciam gratiae excludat* (Gal. III. 12. Rom. IV. 14). Ut nulla *talis* lex in nos valeat, quae demum satisfacienti praescriptis legis (X. 5) & ἰδίαν (v. 3) δι-

καιοσυνην praestanti, non confidenti (πιςευοντι v. 4) factis alienis Dei (v. 6—9), δικαιοσυνην (δικαιωσιν §. 117. d) promittit (v. 5. II. 13), sed *praeter ejusmodi regulam* (χωρις νομε III. 21), quamvis sontes, tamen nullis poenis affici, & immerita salute potiri queamus (v. 23 — IV. 8), ut gratiam sperare (πιςευειν) nobis liceat (III. 22. 26. 28. 30. IV. 5), ut amor Dei erga Jesum obedientissimum ad amicos Jesu redundet, eorumque obedientiam, quamvis imperfectam, commendet (1 Petr. II. 5. §. 95. cf. *Melanchthonem* p. 300), hoc summum beneficium Christo, salutis nostrae cupidissimo, debemus (Rom. III. 24. s. X. 4. §. 117. s.). Id vero non tollit (VI. 15), sed affert (v. 14. VII. 4. 6. §. 119—121) necessitatem, summo nos studio accommodandi ad voluntatem benefactoris, non perfectum cum norma consensum, sed assiduitatem ardoremque discendi requirentis, si gratuitae beatitatis velimus esse compotes. Ceterum lex Mosaica non magis (Gal. III. 21. cf. Comm. in ep. ad Hebr. p. 125) quam lex Christi eo data fuerat, quo perfecta (l. c. p. 444) ejus observatione *sempiternam* beatitatem, in evangelio propositam, *merere* aliquis posset aut deberet (l. c. p. 445—448), sed huc potius spectavit, ut gravioribus certe delictis obstando (1 Tim. I. 9. s.) honestati Judaeorum & mutuae securitati consuleret, universamque civitatem, dum res publica ex ejus praescripto administraretur, promissae (§. 93. b) felicitatis *terrenae* compotem redderet (v. Comm. cit. p. 445), melioribus vero Israelitis tum agnoscendae vitiositatis dux esset (Rom. III. 20) ac (§. 120. c) divinae *clementiae* desiderium augeret (Comm. cit.

p. ... 6—448), tum norma esset agendi, ad quam sanctimoniæ studium, quamvis imperfectum, ingenuum tamen dirigere possent. Quoniam vero Judæi, immemores (Luc. XVIII. 11) vitiorum suorum, cetera freti legum cerimonialium observatione, quæ tamen futuris pœnis liberare non poterat, *Mosaica lege observanda* se futuras pœnas effugere & futuram beatitatem adipisci posse confidebant (Gal. V. 4. Rom. III. 27. coll. v. 19. f. Matth. XIX. 16—20. cf l. c. p. 150. 448—452), vanaque hac opinione ducti a divino nuntio de salute hominibus per Jesum Christum parta & a spe in ipsius merito collocanda abhorrebant (Rom. X. 3. §. 120 c); propterea necesse fuit apostolo docere, quod vitiosi homines *lege servanda* vacuitatem pœnæ & beatitatem propositam mereri nequeant, Christus autem, alia impunitatis & salutis consequendæ via aperta, quæ, miseris hominibus accommodata, non proprii meriti gloriam, sed alieni fiduciam requirat, eo rem deduxerit, ut priore illa via, per se quidem recta & certa (§. 24), sed *vitiosis* hominibus invia, nec opus sit (v. 4. ss.). Lex moralis, undecunque cognoscatur, seu Mosaica seu naturalis seu christiana, eatenus ad homines nihil pertinet, quoad ex ejus observatione impunitas & salus unice tanquam ex caussa meritoria suspenditur (§. 24), hactenus vero ad homines pertinet, ut tum ex ea agnosci debeat vitiositas & imperfectio nostra, divinæque clementiæ summa indigentia, tum ad eam dirigi debeat emendatio animi vitæque & studium sanctimoniæ, quo, tametsi beatitas proposita merito nostro longe major est, opus tamen esse scimus ad potiundum gratuito

beneficio, quoque metiendam esse constat mensuram beatitatis fruendae (§. 73. a) v. Comm. cit. P. II. § 6. 19.

§. 122.

Cum igitur fides, quae auditoribus evangelii (§. 117. b) constituta est gratuitae salutis adipiscendae conditio (§. 118), sine vera emendatione ne locum quidem habeat (§. 119 — 121); absurdum profecto non fuerit dicere, salutis adeptionem pendere *a*) ex emendatione studiorum animi & vitae (Luc. XXIV. 47. Act. III. 19. XXVI. 18. Ef. LV. 7. Ez. XVIII. 21. f. Matth. VII. 21. Joh. V. 29. Gal. VI. 7—9. cf. Ebr. XII. 14. 2 Petr. I. 10. 11. *b*), aut salutem tribui emendatae indolis ac vitae caussa *c*), hujusque praemium *d*) esse (§. 73. init.). Sed providendum est diligenter, ne fides & cohaerens emendatio, quae *gratuitae* salutis potiundae *conditio* est, pro salutis *meritoria* caussa habeatur. Haec enim opinio cum vana *e*) tum perniciosa (§. 73. b) est.

a) Id ita verum est, ut simul ac recedit aliquis a conditione, ad quam accesserat, mentemve emendatam in deterius mutat (1 Tim. I. 19. Gal. III. 3. 4. IV. 11. V. 4. 7. 1 Cor. X. 12. XV. 2. Luc. XXII. 32. cf. Ebr. X. 26. 2 Petr. II. 20. ss. I. 9. §. 120. c).

add. *Michaelis* Dogm. §. 168), pristinam, qua gaudere ipsi licebat, spem salutis omnino perdat (Ez. III. 20. XVIII. 24. cf. Ebr. X. 26—31), nisi denuo (cf. VI. 6. r) resipiscat, quod, etsi difficile (cf. v. 4. 6. q). 2 Petr. II. 20. f.), tamen non impossibile est (Ps. LI. 2—19. XXXII. 5. Gal. IV. 19. cf. Apoc. III. 1—3. 15—19).

b) v. Comm. in ep. ad Hebr. p. 387. ss. 677. ss.

c) h. e. quia accessit homo ad conditionem fruendi salute gratuita. Nemo salutem adipiscitur fidei *factis destitutae* caussa (εκ πιστεως, εν λεγει τις εχειν εργα μη εχῃ cf. Jac. II. 14); justificamur sub conditione *vitae emendatioris*, non *solitariae* fidei caussa (cf. v. 24), quae vanus assensus, non veri nominis fides est (§. 119. 121. cf. v. 17. 20. 26). v. Diss. de cathol. epp. occas. & consilio not. 38.

d) *gratuitum* vero. Nam hoc ipsum est *gratiae* (Rom. VI. 23), quod *sontibus imperfectisque* hominibus *immerita* salus proponitur (v. 22) ut praemium studii emendationis (§. 73. a).

e) v. §. 118. maxime not. d). & §. 78. maxime not. c).

§. 123.

Tam arctis vinculis mutatio indolis animi & factorum in melius cum adeptione salutis copulata est. Qua autem ratione illius tam necessariae (§. 122) emendationis laeti ac prosperi successus juventur, quaeve nominatim

lege Christi (§. 121) praecepta contineantur, ad quorum normam indoles animi vitaeque ratio magis & magis componi debeat, de eo, ut de pluribus aliis capitibus, quae olim ad dogmaticae theologiae ambitum referri solebant, christianae doctrinae pars *practica* praecipit, quae ad nostrum hoc institutum non pertinet.

INDEX
RERUM TRACTATARUM.

Accommodatio ad falſas opiniones vulgi. v. *Oecono-micum*. dicendi genus.
Adamus alter §. 59. 65. 89. d).
Adoptio p. 361. ſ. 318.
Adventus Chriſti glorioſus p. 217. ſſ.
Adverſarii eccleſiæ. §. 104.
Aeternitas Dei §. 29.
mundi p. 128.
Amor Dei §. 23. 30.
Angeli boni §. 47—49. 62. k). 65. d).
mali §. 50. ſs.
Anthropopathicæ locutiones p. 114. 117. ſ.
Apocryphi libri N. F. p. 14. 23.
V. F. p. 82.
Apoſtolorum doctrina divina §. 9—11. 111. a).
Arbitrium hominis p. 192.
Aſcenſio Chriſti in cœlum p. 257. 260. ſ.
Attributa divina. v. *Deus*.
Auctoritas ſcripturæ divina §. 15.
Authentia librorum N. T. §. 1—3.

Baptismus §. 109. ſs.
Beatitudo Dei p. 124. 128.
Beatitudo hominum æterna. v. *Vita aeterna*.
conſummata p. 217. ſ.
Benevolentia Dei univerſalis §. 66. 67. 74.
Benignitas Dei §. 23. 30.

Calamitates v. *Malum phyſicum*.
Canon (catalogus) librorum N. T. §. 2. 3.
V. F. §. 14.

Christi conditio excelſa §. 78. 83. 94. ſs.
humilis §. 79 — 82. 84. ſs.
munus jam domini §. 94. ſs.
in his terris peractum §. 84. ſs. v. *Officium.*
natura divina §. 42. ſ. 76. ſ.
humana §. 75.
nomen p. 246. ſ.
origo ſingularis p. 190. 241.
Christus filius Dei §. 44. 75. ſ. 78. b).
homo expers vitii p. 190. 191.
reſtitutor generis humani §. 59. 65. 73. a).
Cœlum p. 207. 209. 212. 257.
& terra p. 126. ſ. 248. ſ.
Cœna ſacra §. 113. ſ.
Communicatio idiomatum
primum genus (idiomaticum) §. 77.
ſecundum (aliis tertium) genus (axiomaticum) §. 78.
tertium (aliis ſecundum) genus (apotelesmaticum) §. 82. a).
Communio naturarum in Chriſto §. 77.
Communio ſub utraque §. 113. c).
Concupiſcentia §. 56.
Conditio ſalutis §. 67. 69. 72. 74. 117. ſ. 122.
Conſecratio ſacræ cœnæ §. 113. b) p. 328.
Conſervatio §. 33.
Conſilium gratiæ §. 59. ſs.
Conſummatio ſeculi p. 207. ſs. 218. ſ.
Contritio §. 120.
Converſio p. 362.
Creatio ex nihilo p. 126. ſ.
prima (immediata) §. 31.
ſecunda (mediata) §. 32.
ſucceſſiva p. 130.

Daemoniaci p. 173. ss.
Damnatio æterna §. 58.
Dei attributa §. 21. ss.
   existentia §. 17 — 19.
   notio §. 20.
Descensus Christi ad inferos p. 260.
Dextrum Deo sedere p. 248.
Diabolus p. 171.
Dies novissimus (tempus extremum) p. 218. ss. 209.
Δικαιοσυνη idem, quod δικαιωσις §. 117. d).
Disciplina ecclesiastica p. 302.

Ecclesia §. 99 — 108.
Ecclesiasticum ministerium §. 102. 107.
Efficacia doctrinæ divinæ §. 16. 116. 103. a).
Efficientia Spiritus S. in mentibus nostris §. 115. f.
Electi vario sensu dicuntur p. 236. 239.
Emendatio necessaria salvandis §. 67. 73. a). 121. e). 122.
   non est salutis caussa *meritoria* §. 73. 118. 121. e). 122.
Ethnici p. 103. f. 226. ss. 234.
Evangelium late dictum §. 121. c).
   stricte dictum §. 121. d).
Expiatio p. 276.

Fidei actus (notitia, assensus, fiducia) p. 360. f. 368. f. cf. *Fiducia.*
   nexus cum emendatione & bonis operibus §. 119 — 121.
   objectum generale §. 121.
   speciale §. 117. f.

Fides *directa* (supplex), nondum *reflexa* (triumphans) §. 117. c).
justificat, non quatenus est opus aut qualitas animi §. 118. d).
objectiva (quae creditur) §. 121. d).
Fiducia forma fidei p. 352. s. 357—361.
Filii Dei. v. *Adoptio*, *Regeneratio*.
Filius Dei. v. *Christus*.
Foederis novi scripta. v. *Authentia*, *Canon*, *Integritas*, *Theopneustia*.
veteris libri v. *Canon*, *Integritas*, *Theopneustia*.
tempore viventes. v. *Homines*, *Israëlitae*.
Foedus novum p. 280—282. 334.
vetus p. 282.

Gentilium salus. v. *Ethnici*.
Gradus beatitatis futurae p. 207. 214. 233. 345. 348. 204. s.
poenarum post mortem p. 201. s.
sanctificationis p. 371. s.
Gratia applicatrix
forensis, v. *Justificatio*,
medicinalis. v. *Vocatio*, *Conversio*, *Renovatio*.
Gubernatio mundi §. 34. ss.
absoluta (majestatica) §. 35. 37. s.
extraordinaria §. 36.
ordinaria §. 39.

Homines viventes ante Christum p. 217. 224. s.

Hominum primorum lapsus §. 54. f.
status integritatis §. 53.
Hostes ecclesiæ. v. *Adversarii.*

Illuminatio §. 116. c).
Imago divina in primis hominibus p. 182. ss.
Immensitas Dei §. 30.
Immortalitas animi humani p. 195. 203. f. 259.
Dei §. 29.
primorum hominum ordinata p. 181. ss.
Immutabilitas Dei §. 29. 26.
Imperfectio piorum. v. *Sanctificatio.*
Imputatio justitiæ Christi §. 117. g). d).
Independentia Dei p. 119. f. 124. ss.
Infantes p. 196. 223. 321. ss.
Infinitas Dei §. 30.
Integritas librorum N. T. §. 4.
V. F. p. 79.
Intercessio Christi p. 284.
Ira Dei p. 114. 199. 277.
Israëlitæ ante Christum p. 224. f.
Judicium extremum p. 199. 217. ss. 287. f.
Jura sacrorum collegialia & majestatica p. 305.
Justificatio §. 117. f.
Justitia Dei §. 24.

Lapsorum conversio §. 122. a).
Lapsus. v. *Homines primi.*
Legis usus primus (politicus) p. 373.
secundus (elenctico - pædagogicus)
p. 373. ss.
tertius (didacticus) p. 373. ss.

Lex quo sensu usurpetur in sacris literis §. 73. c).
121. e).
Libertas christiana,
nominatim a lege §. 121. e). §. 93.
Liberum arbitrium. v. *Arbitrium.*
Λογιζεσθαι δικαιοσυνην, εις δικαιοσυνην §. 117. d).
Longanimitas Dei. v. *Patientia.*

Malum morale ejusque permissio p. 147. s.
physicum §. 23. 24. c).
Mediator Christus p. 281.
Meritum bonorum operum §. 73. 117. s. 121. e), 122.
Christi §. 87. 89—92. 117. s.
Messias est Jesus p. 246. s.
Μετανοια §. 119. c). 120. a).
Ministerium irregenitorum p. 309. ss.
Miracula §. 8. 19. 35. s. 37. a). 38. d).
Misericordia Dei p. 202. 232. s. 277.
Mors §. 53—55. 57. 60. s.
secunda p. 200.
Mortis Christi consilium §. 89—93. 117. e). f).

Natura Christi divina & humana. v. *Christus*, *Communio naturarum*, *Personalis unio.*
Necessaria Dei existentia §. 29.
Normativa vis scripturae §. 15.
Novissima §. 57. s. 60—65.

Obedientia Christi §. 81. 84. 87.
activa & passiva §. 88.
meritum obedientiae Christi §. 87. 92.
117. e). g).
passivae. v. potius: *Passionis* Christi vis.

Obedientia nova fructus pœnitentiæ & fidei §. 119—121.
Oeconomia Mosaica §. 70.
Oeconomicum dicendi genus p. 69. s. 168. 174. ss. 179. ss 207. s. 275. s. 278. cf. *Praefationem.*
Officium Christi propheticum p. 262. ss. 255. s. 28. ss.
regium p. 245. s. 283—299.
sacerdotale. v. *Sacerdos*, *Sacrificatio*, *Intercessio.*
Omnipotentia Dei §. 21. 30.
Omnipræsentia Dei p. 124. s.
Omniscientia Dei §. 22. 30.
Opera bona. v. *Emendatio*, *Obedientia nova*, *Sanctificatio.*

Paedobaptismus §. 112.
Passionis Christi vis & consilium §. 89 — 92. 117. e). f). 85. 86.
Patientia Dei §. 24. c). 30 f).
Peccatorum remissio p. 271. ss. 205. ss.
Peccatum originale §. 55. ss.
Permissio divina §. 39.
Personale discrimen in Deo §. 44—46.
Personalis unio duarum naturarum Christi §. 77.
Pœna dicitur non illud duntaxat malum, quod quis suo ipsius delicto commeruit, sed & participatio mali, quod proprie pœna est. §. 57. 89. d).
vicaria p. 275. ss.
Pœnæ futuræ §. 58.
positivæ p. 200.
quibus nos liberaverit mors Christi? p. 271. ss. 329.

Pœni-

Pœnitentia Deo tribuitur p. 117.
hominis late dicta (totaliter sumta). v. *Μετανοια*
strictius dicta (partialiter sumta) §. 120.

Prædestinatio §. 74.
Præmium fidelitatis §. 73. 122.
Præscientia Dei p. 108. ss.
Præsentia corporis & sanguinis Christi in sacra cœna §. 114.
Præternaturalia eventa, quæ non sunt miracula §. 36.
Preces §. 38.
Propositiones personales §. 77.
Protoplasti. v. *Homines primi.*
Providentia §. 33. ss.
circa malum p. 147. s.
specialis p. 132.
specialissima p. 288. ss.

Rationis usus in theologia p. 85.
Reconciliato hominum cum Deo p. 277.
Regeneratio p. 361. ss.
Regnum Christi. v. *Officium regium.*
Religio p. 93. s.
christiana ejusque veritas §. 6. ss.
Israëlitica §. 70.
naturalis §. 17. s. 21—26. 28. 69.
christiano non est sufficiens §. 72.
nec ethnico sufficiens est eatenus, ut sit *meritoria* caussa salutis §. 73. g).
Religio revelata §. 19. 70. 72. 74.
ejus inopia involuntaria non damnat §. 71.

Remissio peccatorum. v. *Peccata.*
Renovatio p. 362. f. cf. *Sanctificatio.*
Reprobatio §. 74.
Resurrectio Christi p. 41. ss. 217. 256 ss.
mortuorum §. 58. 61. 65. c).

Sacerdos quo sensu dicatur Christus p. 266. 276. f. 281.
Sacramenta N. T. §. 108. ss.
V. F. p. 324. f.
Sacrificatio Christi. v. *Obedientiae* Christi meritum, *Passionis* Christi vis, *Victima.*
Salus. v. *Vita aeterna.*
ejus adipiscendae conditio. v. *Conditio.*
Sanctificatio p. 362. f. 360. ss. 367. ss.
ejus imperfectio p. 192 — 194.
incrementa p. 371. f.
necessitas. v. *Emendatio.*
Sanctitas Dei §. 24. 30.
Sanguis novi foederis p. 280. f. 333. f.
Sapientia Dei §. 22. a).
Σαρξ p. 193. f.
Satisfactio Christi §. 87. 91. f. 117. e).
Scientia Dei media §. 30. c).
simplicis intelligentiae & visionis §. 22. e).
Scriptura. v. *Auctoritas*, *Authentia*, *Canon*, *Efficacia*, *Integritas*, *Normativa vis*, *Theopneustia.*
Separatismus p. 300. ss. 328. f.
Servator Christus p. 241. f. 287. f.
Deus p. 242.
Sessio a dextra Dei p. 248.
Spiritualitas Dei §. 25.

Spiritus S. divinitas & personalitas §. 45. f.
operationes. v. *Efficientia.*
Status exaltationis Christi §. 78. 83.
exinanitionis Christi §. 79—82.
post mortem non illico consummatus p. 199. 217. f.
beatus §. 60. 62—64.
miser §. 58.
Symbolici libri p. 306—309.
Testamentum novum p. 282. ss.
vetus. v. *Foedus.*
Testimonium Spiritus S. internum §. 16.
Theopnevstia scripturae §. 11—13.
Tolerantia diversarum opinionum de religione p. 304. 306. ss.
Trinitas §. 42. ss.
Vaticinia p. 108. ss.
de Christo p. 246. f.
Veracitas Dei §. 26.
Victima quo sensu Christus dicatur p. 276.
Visio Dei p. 211. f.
Vita aeterna §. 60. ss.
Vnio mystica p. 342. f.
Vnitas Dei §. 28.
Vniversalitas gratiae §. 66. f. 74.
Vocatio p. 227.
directa §. 70. 71. a). 72. 74. 99.
indirecta p. 92. ss. 103. f. 224. 225. 228. f.
Vocatio ministrorum ecclesiae p. 309.
Voluntas Dei antecedens §. 66. 67. extr. §. 74.
consequens §. 67. 74.

INDEX ALTER

LOCORUM SACRAE SCRIPTURAE,

QUI EX INSTITUTO VEL OBITER ILLUSTRANTUR.

Genes. I. p. 126—130. 183. f.
II. 1—4. p. 128.
III. 1. 14. p. 186. ss.
V. 1. f. p. 183. f.
Exod. XX. 11. p. 128.
Deut. VI. 4. p. 120.
Ps. CIV. 4. p. 168. 170.
Es. XLV. 5. f. 18. p. 121. f.
Ez. XII. 10. p. 333.
Matth. III. 13. ss. p. 318. 320. f.
V. 5. p. 210.
VII. 22. p. 40.
X. 19. f. p. 50—55.
29. p. 147.
XII. 26. p. 172.
27. p. 40. f.
28. p. 254.
XIII. 8. 23. §. 116. f).
41—43. p. 210.
XIX. 4. p. 183.
XXV. 31. p. 207.
XXVI. 26. 28. p. 329. f. 308—314. 280.
41. p. 193.
XXVII. 46. p. 261.
XXVII. 18. p. 246. 248. f.
19. f. p. 159. 312. ss. 290. 292.

Marc. I. 15. p. 365.
III. 23. p. 172.
IV. 28. p. 296.
IX. 17. 25. p. 175 — V. 38. ss. p. 40. s.
XIII. 32. p. 250. 254.
XIV. 22. 24. p. 329. ss.
Luc. I. 32. s. p. 291. s.
II. 30. p. 242.
40. 47. 52. p. 250. 253.
IV. 1. 14. p. 253.
XI. 14. p. 175.
XIII. 11. p. 175.
XVIII. 7. p. 299.
XXII. 19. s. p. 332 — 339.
Joh. I. 1. p. 152. 155.
II. 11. p. 256.
19 — 22. p. 256.
III. 5. p. 319. 340. 361. s.
6. p. 189. s.
19 — 21. p. 86. ss.
34. p. 253. s. 255. s.
IV. 23. s. §. 25.
V. 27. p. 218. s.
31. p. 30. s.
36. p. 36. 38.
VI. 51. ss. p. 338. ss.
VII. 17. p. 86. ss.
18. p. 31. s.
VIII. 14. p. 31.
28. p. 35.
X. 18. p. 256. 266.
38. p. 31. 36. s.

Index locorum sacrae scripturae.

Joh. XIII. 20. p. 49. 55.
XIV. 11. p. 31. 36. f.
16. 26. p. 48—54. 66.
XV. 26. f. p. 48. 53. f.
XVI. 13—15. p. 51. ff.
XVII. 4. p. 263. 264.
XVIII. 37. p. 263. 264.
XX. 17. p. 261. 267.
Act. II. 36. p. 246.
X. 38. p. 253.
XV. 16—18. p. 174. f.
XVII. 26. f. p. 104.
XXI. 4. p. 64.
XXII. 15. p. 58.
XXVI. 16. p. 58.
23. p. 293.
Rom. I. 5. p. 368. ff.
19. f. p. 90. 95. f. 99. f.
II. 12—16. p. 92. ff.
IV. 4. §. 118. c).
V. 12. §. 55.
VII. 18. 25. p. 193.
VIII. 28—30. p. 236. ff.
IX. 5. p. 152. 155. ff.
X. 4. p. 338. 372 f.
XI. 22. p. 359.
XV. 13. §. 115. m).
1 Cor. II 8. p. 245.
III. 23. p. 261.
VII. 25. p. 57. 59. f.
IX. 8. f. p. 67. 69.
X. 16—22. p. 335. ff.

Index locorum ſacrae ſcripturae.

1 Cor. XI. 3. p. 261.
24. ſ. p. 332—339.
26. p. 327. ſ.
27. 29. p. 343. ſ. 338. ſ.
2 Cor. II. 17. p. 56. 58. ſ.
V. 19. p. 56. 58.
VII. 9. ſ. p. 364. ſ.
XI. 17. p. 59.
Gal. II. 11. ſſ. p. 55.
III. 8. p. 68. 70.
V. 5. p. 355. ſ.
Eph. I. 4. ſ. p. 236. ſ.
II. 3. p. 196. ſ.
17. p. 293.
VI. 4. p. 321. ſ.
Phil. II. 11. p. 247. ſ.
1 Theſſ. II. 13. §. 115. l).
2 Theſſ. I. 11. p. 237. ſ.
II. 13. p. 236. 336.
1 Tim. II. 7. p. 60.
VI. 16. p. 122.
2 Tim. III. 14. ſſ. p. 71. ſſ.
Tit. III. 5. §. 110. ſ. 119. c).
Ebr. I. 7. p. 170.
XI. 6. p. 99.
39. ſ. p. 217. ſ.
Jac. II. 24. §. 122. c).
1 Petr. I. 15. ſ. p. 123. ſ.
III. 21. p. 338.
2 Petr. III. 5. 7. p. 130. ſ.
Jud. 1. p. 291.
20. §. 115. m).
Apoc. III. 12. p. 213. 261. 267. 207.

DISTRIBUTIO LIBRI

IN

PARTES MINORES

in usum disputationum dioecesanarum singulis annis habendarum.

I. De *christianae doctrinae* divina origine. §. 1. — §. 10.

II. De *scripturae sacrae* divina auctoritate. §. 11. — §. 16.

III. De *notione Dei* ejusque *veritate*. §. 17. — §. 30.

IV. De *creatione* & *providentia*. §. 31. — §. 41.

V. De Deo *Patre*, *Filio* & *Spiritu Sancto*. §. 42. — §. 46.

VI. De *angelis*. §. 47. — §. 52.

VII. De *humani generis initiis* ac *depravatione* & nexa inde *miseria*. §. 53. — 58.

VIII. De *consilio* Dei *miseris hominibus salutari*. §. 59. — §. 74.

IX. De *Servatoris persona* & *varia conditione*. §. 75. — §. 83.

X. De *negotio*, quod Servator *his in terris* peregit. §. 84. — §. 93.

XI. De *negotio* Servatoris, *jam Domini*, nominatim de administratione rerum *ecclesiae*. §. 94 — §. 107.

XII. De *baptismo*. §. 108. — §. 112.

XIII. De *sacra coena*. §. 113. & §. 114.

XIV. De *Spiritus sancti* in mentibus nostris efficientia. §. 115. & §. 116.

XV. De *justificatione* per fidem. §. 117. & 118.

XVI. De animi vitaeque *emendatione* ejusque ad *salutis* ademptionem *ratione*. §. 119. seq.